

Editorial conventions are as follows. This transcript attempts to reproduce the manuscript text as accurately and diplomatically as possible. No attempt has been made to emend the text at any point. Manuscript punctuation, capitalization and orthography have been preserved, including scribal distinctions between ‘e/ȝ’ and ‘ae/æ’, ‘u/U’ and ‘v/V’, etc. Abbreviations and suspensions have been expanded in *italic* type. Rubrics have been rendered in **bold** type. Folio changes are indicated within ‘[...]’. Letters and words that are unclear in the manuscript—whether due to erasure or some other cause of obscurity—are indicated within ‘[...]’; so, for example, ‘e[t]’ indicates that the ‘t’ in the word ‘et’ is unclear. Letters and words that are completely obscured are represented by ‘\*’s within ‘[...]’; so, for example, ‘et [\*\*]em sciat’ indicates that the first two letters in the second word are no longer visible in the manuscript. Chapter numbers have been added within ‘[...]’; note, however, that these chapter numbers are an editorial invention introduced purely for convenience’s sake, and are *not* found in the manuscript. Modern scriptural references have been supplied, and are given within ‘{...}’.

Corrections, additions and other alterations to the text are reported in-line within ‘{...}’, while editorial commentary is confined to footnotes. Standard notation for textual descriptions is used whenever possible: ‘sic’; ‘corr.’ (indicating the corrected form of the preceding word/phrase); ‘transp.’ (accompanied by indication of the transposed words); ‘add.’ (for in-line additions); ‘add. in mg./add. marg.’; ‘add. sup. lin.’; ‘gl. in mg./gl. marg.’; ‘gl. sup. lin.’; ‘ras.’ (indicating erasure of the previous word, unless otherwise noted); ‘cancell.’ (cancellation of the previous word, unless otherwise noted); ‘expunc.’ (expunction of the previous word, unless otherwise noted). Since nearly every correction appears to be contemporary or nearly contemporary with the text—and so may just as likely represent the work of the main scribe as that of a separate corrector—no attempt has been made to distinguish between different correcting hands. Only when a correction has been made by a much later hand has this been indicated.

Notices of previous editions and collations of individual canons/texts are given immediately after each chapter. References to the *Collectio Hibernensis* and to Gratian are also given below each canon when they are applicable. Source information is provided as follows. When only a single source has been identified, that source is listed below the canon. When a canon contains two or more passages that each draw on a different source, these sources are listed in separate *Source*

Michael D. Elliot, March, 2013

*Collectio Turonensis (Corpus 279)*

entries that correspond to the relevant passage in the canon. When two or more sources *for the same passage* have been identified, the most likely source is listed first, followed by subsequent sources separated by semi-colons.

An xml-encoded and searchable version of this transcription is available online on the *Carolingian canon law* Web site (<http://ccl.rch.uky.edu/>).

## [p. 11] INCIPIUNT AGUSTINI DICTA. DE COG[\*]UM {cogum corr.} RATIONE

[1] **Qualis** {qualis *gl. marg.*} esse debet quae uxor habenda est secundum legem. uirgo casta. et sponsata in uirginitate. et dotata legitime. et a parentibus tradita ad sponso. et paranimpis accipienda. et ita secundum legem et euangelium publicis nuptis honesta. in coniugio licite sumenda;

Et omnibus diebus uitae nisi ex consensu. et causa uacandi deo. numquam propter hominem separanda. Et si fornicata fuerit dimittenda. sed illa uiuente altera non ducenda. quia adulteri regnum dei non possidebunt. et penitentia illius [p. 12] per scriptura requirenda;

*cf. Coll.Hib.A 46.2–3; GRATIAN, C. 30 q. 5 c. 4*

*Source unidentified*

## [2] hic idem {marg.}

Nolite uobis uiri habere uxores quarum priores uiri uiuunt adulteria sunt ista coiugia non iure fori sed iure caeli. Nam illam feminam quae discessit marito propter repudium non licet uobis ducere uiuo marito solius causa fornicationis {solius fornicationis causa corr.} licet uxorem adulteram dimittere. sed illa uiuente non licet alteram ducere;

*cf. Coll.Hib.A 46.12*

*Source AVG. Sermo 392 (PL 39, col. 1710)*

## [3] hic idem. {marg.}

Qui uxorem obtat accipere sicut illam uirginem inuenire desiderat. Ita et ipse usque ad nuptias uirginitatem custodiat; Quia in tantum graue malum est ante nuptias uiolari. ut cum ad nuptias uentum fuerit benedictionem accipere cum sponsa mereatur. et impletur in eo. illud noluit benedictionem reliqua {Ps (G) 108:18} [p. 13]

*cf. Coll.Hib.A 46.16*

*Source CAESARIVS, Sermo 43.5 (ed. Morin, 192, lines 17–23)*

## [4] hic idem {marg.}

Cum enim uir a uirtute nomen accipit. et mulier a mollitia id est a fragilitate. Quare contra crudelissimam bestiam libidinis uult unusquisque uxorem suam esse uictricem. cum ipse ad primum libidinis ictum uictus cadat; Nam quicquid in fide catholica mulieribus non licet omnino nec uiris licet;

*cf. Coll.Hib.A 46.16*

*Source (cum enim uir ... uictus cadat)*

*CAESARIVS, Sermo 43.1 (ed. Morin, 190, lines 21–25)*

*Source (nam quicquid ... uiris licet)*

*unidentified*

## [5] ISIDORUS

Secundas autem nuptias propter innocentiam iubet apostolus. melius est de nouo {denuo corr.} uni uiro nubere quam explende libidini cum pluribus fornicare. {cf. 1 Cor 7:9} sepius autem nubendi licentiam iam non est religionis sed creminis. Vna uni uiro tenenda sit uxor. et qualiscumque accepta est habenda;

Et paulo post sola mulier adultera est quae unum uirum habens. [p. 14] ab altero polluitur. et maritus si alteram habeat a cremine adulterii<sup>1</sup> alienus non habetur;

Et infra immo uero exemplo continentiae docenda uxor a uiro ut se caste gerat iniquum enim est ut id exigat quod praestare non possit;

*cf. Coll.Hib.A 46.10, 13.a*

*Source* (secundas ... creminis)

*ISIDORE, De eccl.offic. 2.20 (ed. Lawson, 91, lines 40–43)*

*Source* (una uni ... uxor)

*unidentified*

*Source* (et qualiscumque ... habenda)

*ISIDORE, De eccl.offic. 2.20 (ed. Lawson, 94, line 123)*

*Source* (sola mulier ... alienus non habetur)

*ISIDORE, De eccl.offic. 2.20 (ed. Lawson, 94, lines 127–29)*

*Source* (immo uero ... non possit)

*ISIDORE, De eccl.offic. 2.20 (ed. Lawson, 94, lines 132–34)*

[6] hic idem. {marg.}

Qua fronte uel conscientia quod et uiris simul et mulieribus non licet agere. soli uiri se credunt impune committere. sed qui ho {sic} faciunt pro certo cognoscant quod si cito non emendauerint. et eis fructuosa penitentia non subuenerit. et si subito de hac luce rapti fuerint. aeterna illos flamma sine ullo remedio cruciabit;

*Source*

*CAESARIVS, Sermo 43.3 (ed. Morin, 191, lines 13–19)*

[7] Quale est quod multi uirorum ante nuptias concubinas {hic idem et illud gl.}<sup>2</sup> sibi adhibere non erubescant quas post aliquos [p. 15] annos dimittant. et sic po[\*\*\*]a {postea corr.} legitimas uxores accipiant. Unde coram deo et coram angelis eius testor atque denuntio deum ista et semper prohibuisse. et numquam ei placere potuisse. et praecipue temporibus christianis concubinas habere numquam licuit numquam licet numquam licebit.

*Coll.Hib.A 46.17*

*Source* (quale est ... uxores accipiant)

*CAESARIVS, Sermo 43.4 (ed. Morin, 191, lines 1–3)*

*Source* (unde coram ... numquam licebit)

*CAESARIVS, Sermo 43.4 (ed. Morin, 191–92, lines 9–12)*

[8] hic idem {marg.}

Quare qui hoc agunt communione non suspenduntur. Ideo enim tantum scelus a sacerdotibus minime vindica[\*]tur. {vindicatur corr.} Si enim unus. uel. II. uel. III. uel. IIII. uel. V. mala ista facere praesumerent. et potuerant et debuerant non solum a communione suspensi. sed etiam a conloquio uel a conuiuio christiani populi separari. multitudo iam peccantium. sicut iam dictum est prohi[p. 16]bent sacerdotes domini in illis distingere boni faciunt sacerdotes quod possunt;

*Source* (quare qui ... populi separari)

*CAESARIVS, Sermo 43.5 (ed. Morin, 192, lines 2–7)*

*Source* (multitudo ... quod possunt)

*CAESARIVS, Sermo 43.5 (ed. Morin, 192, lines 9–11)*

## HUCUSQUE AGUSTINUS

[9] IN PROFETA {marg.}

<sup>1</sup> adulterii] corr. from adulteris ?

<sup>2</sup> hic idem et illud] probably a titular inscription, but written above the line as if glossing nuptias concubinas

Si dimiserit uir uxorem suam. et illa recedens duxerit uirum alium. numquid reuertetur ad eum ultra. numquid non contaminata erit mulier illa. Tu autem fornicata es amatoribus multis reuertere ad me dicit dominus; {Ier 3:1}

Ecce paradigma turpis mulieris ostendit. quod post turpitudinem suam recipi non possit. sed hoc ipsum paradigma quod tulit per misericordiam uincit. cum dicit. fornicantem mulierem recipi nequaquam posse tamen ipse fornicantem animam ut recipiat expectat dicit. quod fieri non potest et demonstrat quod hoc ipse contra mortem potest; [p. 17]

*cf. c. 10, below*

*Source* (si dimiserit ... recipiat expectat)      *GREG.MAG. Hom.in ev. 2.33 (ed. Étaix, 297, lines 240–48)*

*Source* (quod fieri ... mortem potest)      *GREG.MAG. Hom.in ev. 2.33 (ed. Étaix, 297, lines 249–51)*

[10] **D**e quanta bonitate sinum suae pietatis expandat nobis post delicta adrediuntibus cum per profetam. dicit. si dimiserit uir. *reliqua*. {Ier 3:1} Ecce fornicata et repudiata uel relicta argumentum iustitię *praeponitur* nobis. post lapsum rediuntibus non iustitia sed pietatis exhibetur;

*cf. c. 9, above*

*Source*      *GREG.MAG. Reg.past. 3.28 (eds Rommel–Judic–Morel, 458–60, lines 32–41)*

[11] Uoca uirum tuum et ueni. Respondit mulier. et dicit. non habeo uirum. Dicit iesus. dixisti quia non habes uirum. V. uiros habuisti. et nunc quem habes. non est tuus; {Io 4:16–18}

*cf. Coll.Hib.A 46.28.a*

*Source*      *Io 4:16–18*

[12] Hieronymus {marg.} dicit.

Samaritana sexum maritum non habere se dicens. arguitur a deo quod non sit eius uir. Ubi enim numerus maritorum ibi uir qui proprie unus esse desistit;

*cf. Coll.Hib.A 46.28b*

*Source* (samaritana ... desistit)      *JEROME, Advers.Iovin.libri II, 1.14 (PL 23, col. 233C)*

[13] **D**ico autem uobis. quicumque dimiserit uxorem suam nisi ob causam [p. 18] fornicationis. et aliam duxerit moechatur. {Mt 19:9} Sola inquit fornicatio quae uxor uincit affectum;

Immo cum illa unam carnem in alteram diuiserit et fornicatione separauerit a marito non debet teneri ne uirum quoque sub maledicto faciat; Dicente scriptura. qui adulter et stultus et impius est; {Prv 18:22} Ubicumque igitur est fornicatio. et fornicationis suspicio libere uxor dimittitur. Et quia ita poterat accedere. ut aliquis calumpniam facere innocentii. Et ob secundam copulam nuptiarum suarum crimen iungeret sic priorem iubetur dimittere uxorem. ut secundam prima uiuente non habeat;

Quod autem ait tale est si non propter iniuriam dimittis uxorem tuam [p. 19] quare expertus felices priores nuptias nouarum te mittis periculo. nec non poterat euenire. ut iuxta eandem legem uxor quoque daret merito repudium eadem cautella recipitur. nec secundam accipiat uirum. et quia meretrix quae semel adulterata obprobrium non timebat. secundo *praecipitur* uiro. si tales duxerit sub alteri cremine sit;

*cf. Coll.Hib.A 46.27*

Source

*JEROME, Comm.in Mat.libri IV, lib. 3, vers. 19:9 (eds Hurst–Adriaen, 167, lines 761–80)***[14] IN EUANGELIO MATTHAEI**

Exsurgens ioseph a somno. fecit sicut praecipit ei angelus domini. et accipit coniugem suam; {Mt 1:24}

**HIERONIMUS**

Nullum debet mouere quasi ex eo *quod uxor est* appellata sponsa esse de consuetudinem nouerimus. ut sponsas accipit uxores sicut ex sequentibus testimonis deuternumii adprobatur;

Si quis inquit inuenerit uirginem despontatam uiro in campo et uim [p. 20] faciens dormierit cum ea moriatur homo ille. quia humiliauit uxorem proximi sui; {Dt 22:24–25} Et in alia loco.

Si autem fuerit adulescentula sponsata uiro. et inuenerit eam homo in ciuitate et dormierit cum ea educetis utrumque ad portum ciuitatis illius. et lapidabuntur. et morietur uir. adulescentula quidem quia non proclamauit in ciuitate. uim autem quia humiliauit uxorem proximi sui. et eradicabitur malignum ex uobismetipsis. {Dt 22:23–24}

Nec non et alibi. et quis homo ille cui despontata est uxor et non accipit eam. uadat in domum suam ne forte moriatur in bello. et homo aliis accipiat eam; {Dt 20:7}

cf. *Coll.Hib.A* 46.34

Source                   *JEROME, De perpetua virginitate beatae Mariae, adversus Helvidium, c. 4 (in PL 23, cols 186C–87A)*

[15] Namque sub uiro est mulier ligata legi. igitur uiuente uiro uocabitur [p. 21] adultera. si iuncta fuerit alteri uiro. si autem mortuus fuerit uir eius liberata est a lege uiri. ita ut non sit adultera si fuerit cum alio uiro. {Rm 7:2–3}

cf. *Coll.Hib.A* 46.4

Source (namque ... ligata legi)           *JEROME, Advers.Iovin.libri II, 1.14 (PL 23, col. 233A)*

Source (igitur ... alio uiro)               *JEROME, Advers.Iovin.libri II, 1.14 (PL 23, col. 233B)*

**[16] ORIGINIS**

Discant mulieres exemplis patriarcharum. discant sequi uiros suos. nec enim sine causa scriptum est *quod sarra stabat post abraham*. {cf. Gn 18:9–10} sed ut tenderetur *quod si uir praecidat ad dominum*. sequi eum mulier debet. quod dico sequi debere mulierem in eo si adstare uirum suum uidet deo;

cf. *Coll.Hib.A* 46.20

Source                   *ORIGEN–RVFINVS In Gen.hom.XVI, 4.4 (ed. Baehrens, 54, line 3–7)*

**[17] HEREMIAS DIXIT AD PASTOREM ANGELUM**

Permitte mihi domine pauca ut interrogem te. Dic inquit. si uxorem inquam quis habeat domine in domu fidelem. et eam postea adulteram deprehendat quero an peccat si cum illo uiuet. [p. 22] Et dixit mihi quandiu delictum illius non cognoverit non peccat;

Similiter mulier si penitentiam sui non gesserit. sed in sua nequitia perseuerauerit derelinquetur si cum ea uiuet. et particeps conscientiae eius fiet. Quid inquam faciet maritus. si uxorem in eodem uitio permanserit. inquit dimittat eam. et ipse contineat; Quod si non dimisa illa adulterium duxerit. et ipse adulterium committit. si inquod {sic} domine postquam ab eo dimisa est mulier agit penitentiam si ad maritum suum reuerti uoluerit non recipietur.

Et dixit mihi. si recepta non fuerit peccat maritus. et grande in se delictum emitit. Omnis qui penitentiam delictorum suorum agit recipit ueniam. seruis enim dei una peni[p. 23]tentiae uiae {uia corr.} concessa est;

Ideo ergo maritus post diuortium uxoris aliam non ducat. ne occassionem penitentiae mulieri auferat;

Haec tam uiro quam mulieri commonis est. Hac ex causa praecipitur. et uiro et mulieri. ut si diuortium fecerint utriusque intra se caste custodient. Ego autem non dico occassionem ut huiusmodi actus ad ef[\*]fectum {effectum corr.} perueniat. sed ut desinat peccare. qui hucusque peccauit.

*cf. Coll.Hib.A 46.15*

*Source* (permittit ... mulieri commonis est) *HERMAS, Libell.sanct.past., mandatum 4.1.4–8 (eds de Gebhardt–Harnack–Zahn, 79, lines 1–19)*

*Source* (hac ex causa ...caste custodient) *HERMAS, Libell.sanct.past., mandatum 4.1.10 (eds de Gebhardt–Harnack–Zahn, 81, lines 2–3)*

*Source* (ego autem ... hucusque peccauit) *HERMAS, Libell.sanct.past., mandatum 4.c. 1.11 (eds de Gebhardt–Harnack–Zahn, 81, lines 4–6)*

## [18] MALACHIAS

Custodite ergo spiritum uestrum quia residuum uiri est mulier. et uxorem adulescentiae tuae noli desplicere cum odio habeueris dimitte. Dicit dominus exercituum. operiet autem iniquitas uestimentum eius. {Mal 2:15–16} Mementote legis moysi quod mandaui ei in choreb [p. 24] ad omnem israhel praecepta et iudicia. {Mal 4:4}

*Source* *Mal 4:4, 2:15–16*

## [19] PAULUS

His autem qui in matrimonio iuncti sunt praecipio. non ego sed dominus uxorem a uiro non recedere. quod si discesserit aut manere innupta aut reconciliari uiro. Et uirum uxorem non dimittere; {1 Cor 7:10–11}

*Source* *1 Cor 7:10–11*

## [20] inci {marg.}<sup>3</sup>

Bonum est homini mulierem non tangere. propter fornicationem unusquisque suam uxorem habeat. et unaquaque suum uirum habeat. Et uxori uir[\*] {uir corr.} debitum reddat. Similiter

---

<sup>3</sup> Perhaps the scribe was preparing to write the rubric for the following canon, *Incipit de filiis...*

autem uxor uiro. mulier autem {autem *ras.*} sui corporis potestatem non habet. sed<sup>4</sup> mulier. nolite fraudare inuicem. nisi forte ut uacetis orationi. Et iterum [p. 25] in idipsum conuertimini ne temptat uos satanas propter intemperantiam uestram. {1 Cor 7:1–5} quia ego dedi ei. frumentum et uinum et oleum et argentum multiplicaui ei. et aurum. idcirco conuertatur sumam frumentum meum et liberabo lanam meam et unum {linum corr.} meum quae operiebant ignominiam eius. Et nunc reuelabo stultitiam in conspectu amatorum eius et uir non eruet eruet eam de manu mea; {Os 2:8–10}

*Source* (bonum est ... inemperantiam uestram)      *I Cor 7:1–5*

*Source* (quia ego ... manu mea)      *Os 2:8–10*

## INCIPIT DE FILIIS COIUGUM PROPRIARUM IN HEREDITATE RELICTIS POST OBITUM PATRIS SUI

[21] Deditque abraham cuncta quae possiderat isaac. filiis autem concubinarum [p. 26] largitus est munera. et separauit eos ab isaca filio suo. {Gn 25:5–6}

*cf. Coll.Hib.A 32.10.a*

*cf. Coll.Hib.A 32.11*

*Source*      *Gn 25:5–6*

## INCIPIT DE SEPULTURA COIUGIUM. {coiugum corr.}

[22] Fuerunt autem dies uitae abrahæ. CLXXV. et dificiens mortuus est in senectute bona et sepelierunt eum isaac et ismael filii sui. in spelunca duplice quae sita est in agro effron filii seor cethei e regione mambrae quem emerat filiis ceth ibi sepultus est ipse et sarra uxorem eius. {Gn 25:7–10}

*Source*      *Gn 25:7–10*

## [23] EUCHERIUS DICIT.

Cebron est ciuitas uirorum. IIII. quia in ea sepulti sunt. III. patriarchae in spelunca duplice. cum. III. uxoribus suis id est abraham et sarra. Isaac et rebecca. Iacob et lia. *praeter* adam et euam uxorem suam; [p. 27]

*cf. Coll.Hib.A 18.1.a*

*Source*      *unidentified, but cf. EUCHERIUS OF LYON, Instructionum ad Salonium libri II, lib. 2 (ed. C. Mandolfo, CCSL 66 [Turnhout, 2004], 201–03, lines 263–65)*

[24] Tobias dicit filio suo sepelies me iuxta uxorem meam in eodem sepulchro cum matre. {Tb 4:3, 5}

*cf. Coll.Hib.A 18.1.b*

*Source*      *Tb 4:3, 5*

---

<sup>4</sup> Some text (*uir similiter autem et uir sui corporis potestatem non habet sed*) has gone missing at this point due to homoioteleuton.

[25] **D**e annania et saffirra dicitur. ecce pedes iuuenum adstant et efferant te et sepeliant te iuxta uirum tuum; {Act 5:9–10}

*Source* *Act 5:9–10*

## INCIPIT DE HEREDITATE PRINCIPIS

### [26] PER EZECHIELEM DICITUR.

Erit autem hereditas ego eis et possessionem non dabitis eis in *israhel*. Ego enim possesio eorum uictimam et pro peccato. et pro delicto ipsi comedent. et omne uotum in *israhel*. ipsorum est et primitua omnium primigenitorum {primogenitorum corr.} et omnia libamenta ex omnibus quae offerantur sacerdotum erit. et primitua cyborum uestrorum. {Ez 44:28–30} [p. 28] et erunt eis primitua de<sup>5</sup> primitiuis. erit terrae *sanctum sanctorum* iuxta terminum sacerdotum. XXV. longitudinis et latitudinis. X. Et non uenundabunt ex eo neque mutabunt neque transferabunt. primitiuę terrae quia *sanctificate* sunt deo. {Ez 48:12–14}

*cf. Coll.Hib.A 2.11.b*

*Source* *Ez 44:28–30, 48:12–14*

### [27] **hic idem.** {marg.}

Omnis populus terrae tenebitur primitiuis bis princi<sup>6</sup> in *israhel*. et super principem erunt holocausta et sacrificium et libamina in sollemnitatibus. et in kalendis. et in sabbatis. et in uniuersis sollemnitatibus domus *israhel*. ipse faciat pro peccato sacrificium et holocaustum et pacifica ad expiandum pro domu *israhel*. {Ez 45:16–17}

*cf. Coll.Hib.A 37.9*

*Source* *Ez 45:16–17*

[28] Si dimiserit princeps domum [p. 29] alicui de filiis [\*\*\*] {[\*\*\*] ras.} suis hereditas eius filiorum suorum erit possidebunt eam hereditate. si autem dederit ligatum de hereditate uniuersorum suorum. erit illius usque ad annum remissionis et reuertatur ad principem. hereditas autem eius filiis suis erit. Et non accipiat princeps de hereditate populi per uiolentiam et de possessione eorum. sed de possessione sua hereditatem dabit filiis suis ut non disperdit populus meus. unusquisque a possessione sua {Ez 46:16–18}

*Source* *Ez 46:16–18*

### [29] **Gregorius dicit** {marg.}

Aedentes et bibentes quae apud illos sunt. {Lc 10:7} id est ut ab eis terrena stipendia consequamur. quibus *praemia patrię caelestis* damus. Unde etiam paulus hęc ipsa pro minimo

<sup>5</sup> de] expunctuated?

<sup>6</sup> princi] a signe de renvoi is written above princi, though there is no corresponding marginal note; it may have been removed when the leaves were sheared and doubtless would have read -pi or -ibus, thus correcting princi

suscipiens [p. 30] dicit. si nos uobis spiritalia seminauimus magnum est si uestra carnalia metamus. {1 Cor 9:11} dignus est operarius mercide sua; {Lc 10:7}

**hic idem.** {marg.}

Quoniam de mercide sunt operationis ipsa alimenta sustentationis. ut hic merces de labore praedicationis incogitur quae illic diuersitatis uisione praecipitur;

cf. Coll.Hib.A 38.1.a–c

Source (aedentes ... metamus) GREG.MAG. Hom.in ev. 1.17 (ed. Étaix, 121, lines 115–19)

Source (dignus ... mercide sua) GREG.MAG. Hom.in ev. 1.17 (ed. Étaix, 121, line 120–23)

[30] Qui altare deseruiunt de altare participantur. Ita et dominus ordinauit hi qui euangelium adnuntiant. ut de euangelio uiuant; {1 Cor 9:13–14}

cf. Coll.Hib.A 2.11.d, 38.1.d

Source 1 Cor 9:13–14

[31] **GREGORIUS**

Quam enim turpe est haec expetere et uos non praebere.

cf. Coll.Hib.A 38.1.e

Source GREG.NAZIANZ.–RVFINVS In semet.de agr.regr. 6 (ed. Engelbrecht, 173, lines 18–19)

[32] Noli possidere aurum neque argentum neque pecuniam in zonis uestris. neque peram in uia neque duas tunicas neque calciamenta neque uirgam [p. 31] continuo subiungit. Dignus est enim operarius cibo suo. {Mt 10:9–10}

**AGUSTINUS**

Unde satis ostendit. cur eos possidere ac ferre noluit non necessaria non sinit sustentatione huius uitae. sed quia eos mittebat ut eis haec deberi demonstraret ab ipsis illis quibus euangelium credentibus adnuntiarent. tamquam stipendia militantibus tamquam uiniae fructum plantantibus tamquam lac gregum pastoribus. et reliqua

cf. Coll.Hib.A 38.1.e

Source AVG. De consensu evangelistarum 2.30 (ed. F. Weihrich, CSEL 43 [Vienna, 1904], 177, lines 14–24)

**DE EDENDIS CIBIS PAULUS LOQUITUR**

[33] Alius enim credit se manducare omnia. qui autem infirmatur holera manducet. qui manducat non manducantem non spernet. qui non manducat manducantem non iudicet. Nam deus illum [p. 32] adsumpsit. {Rm 14:2–3} qui manducat domino manducat et gratias agit deo. {Rm 14:6} Scio et confido in domino iesu christo. quia nihil ex commune per ipsum nisi ei qui estimet quid ex commone esse ei quod commone est; {Rm 14:14}

Tu fidem quam habes penes temetipsum habe coram deo. {Rm 14:22} si esca scandalizat fratrem non manducabo carnem in aeternum ne fratrem scandalizam; {1 Cor 8:13}

cf. Coll.Hib.A 54.15

*Source* (alius ... coram deo)      *Rm 14:2–3, 6, 14, 22*

*Source* (si esca ... scandalizam)      *1 Cor 8:13*

[34] **Nihil recipiendum quod non cum gratiarum actione recipitur;**

*cf. Coll.Hib.A 54.16*

*Source*                          *unidentified, but cf. AVG. In Iohannis euangelium tractatus, tract. 73.1 (ed. R. Willems, CCSL 36 [Turnhout, 1954], 510, lines 23–4)*

[35] **Omnia quae in maccello uenient manducate. nihil interrogantes propter conscientiam domini est terra reliqua.** {1 Cor 10:25–6}

Si quis uox {uos corr.} uocat ex infidelibus ad caenam et uultis ire. omne quod ante uos ponitur manducate nihil discernentes propter [p. 33] conscientiam. si quis autem dixerit hoc idolo sacrificatum est. Nolite manducare propter eum qui nuntiauit propter conscientiam dico non propter tuam sed alterius. {1 Cor 10:27–9}

*cf. Coll.Hib.B 54.3*

*Source*                          *1 Cor 10:25–9*

### [36] **PAULUS**

Sic autem praedicaui euangelium christi non ubi nominatus est ne super ut non alias alicuius parruchiam rapiat. alienum fundamentum aedificem. {Rm 15:20}

*Source*                          *Rm 15:20*

*Source* (ut non alias ... rapiat)      *unidentified; probably originally a separate chapter*

### [37] **DE PRISTINIS ET NOUIS POPULIS IDEM LOQUITUR**

Noli gloriari aduersus radicem quod si tu gloriaris. non tu radicem portas. sed radix te portat. {Rm 11:18} si enim deus naturalibus ramis non pepercit. time ne forte nec tibi parcat; {Rm 11:21}

*Source*                          *Rm 11:18, 21*

### [38] **PAULUS. DE PRINCIPE ET MONACHIS LOQUITUR.**

Non potest caput dicere pedibus non estis mihi necessarii. sed multo [p. 34] magis quae uidentur membra corporis infirmiora esse necessaria {sic} sunt. {1 Cor 12:21–2}

*cf. Coll.Hib.A 37.36*

*Source*                          *1 Cor 12:21–2*

### [39] **DE COHABITATIONE PRINCIPUM ET SUBIECTORUM PAULUS LOQUITUR**

Qui autem subministrat semen seminanti et panem in escam ministrabat. {2 Cor 9:10}

*cf. Coll.Hib.A 38.3*

*Source*                          *2 Cor 9:10*

### **DE UERITATE PRAEDICANDA MULTI SANCTI LOQUUNTUR.**

#### [40] **HEREMIA.** {marg.}

Si separaueris *praetiosum* a uili quasi os meum eris. {Ier 15:19} in iob. sit sermo tuus similis eorum et loquere bona {3 Rg 22:13}

Cui michias ait. uiuit *dominus*. quia *quodcumque* mihi *dominus* dixerit. hoc loquar. {3 Rg 22:14}

*Source* (si separaueris ... meum eris)      *Ier 15:19*

*Source* (sit sermo ... loquar)      *3 Rg 22:13*

[41] **SALAMON** {marg.}

**Obsequium amicos ueritas odium parit.**

*cf. Coll.Hib.A 22.3.e*

*Source*      *TERENTIVS, Andria (in P. Terenti Afri comoediae, revised edition, ed. A. Fleckeisen [Leipzig, 1916], 5, line 68)*

[42] **GILDAS** {marg.}

**Ueritas sapienti nitet.**

(*ed. MOMMSEN, as Gildas, Epist.deperd.fragm. 8, in Chronica minora, 88, line 25; trans. WINTERBOTTOM, Gildas, 82*)

*cf. Coll.Hib.A 22.1*

*cf. c. 43 below*

[43] **PETRUS** {marg.}

**In ueritate mendacium numquam est. {cf. 1 Io 2:21} cuiuscumque<sup>7</sup> ore fuerit prolata;**

*cf. Coll.Hib.B 25.6*

*cf. c. 42 above*

*Source*      *unidentified, but cf. PS.-CLEMENS-RVFINVS Recognitiones 4.21 (eds Rehm-Paschke, 157, line 20)*

[44] **PETRUS** {marg.}

**Certissimum namque est quod neque amicitia neque propinquitas gene[p. 35]ris. neque regni sublimitas homini debet esse pretiotior {sic} ueritate;**

*cf. Coll.Hib.A 22.2; B 25.5*

*Source*      *PS.-CLEMENS-RVFINVS Recognitiones 1.67 (eds Rehm-Paschke, 46, lines 3–5)*

[45] hic idem. {marg.}

**Scire enim debemus si quis a ueritate uincatur. non ipse uincitur sed ignorantia quae in ipso est.**

**Quae est demon pessimus. quam qui potuerit effugere salutis accipiat palmam.**

*Source*      *PS.-CLEMENS-RVFINVS Recognitiones 2.25 (eds Rehm-Paschke, 67, lines 6–9)*

[46] **PAULUS.**

**Inimicus factus sum uobis ueram *praedicans*. {Gal 4:16}**

*cf. Coll.Hib.A 22.3.c*

*Source*      *Gal 4:16*

---

<sup>7</sup> cuiuscumque ore fuerit prolata] belongs at the end of c. 42

## DE MORIBUS MEMBRORUM ECCLESIAE. PAULUS LOQUITUR.

[47] **Mulieres** subdite estote uiris uestris. sicut *domino*; {Eph 5:22} uiri {Viri corr.} diligit uxores uestras. et nolite amari esse ad illas; {Col 3:19}

*cf. Coll.Hib.A 46.24*

*Source* (mulieres ... sicut domino) *Eph 5:22*

*Source* (uiri ... ad illas) *Col 3:19*

[48] Filii oboedite parentibus uestris per omnia. sic enim placitum est *domino*. {Eph 6:1}

*cf. Coll.Hib.A 31.13.d*

*Source* *Eph 6:1*

[49] Patres nolite prouocare filios uestros ad iracundiam ne pullamii {pusillamii (*sic*) corr.} fiant. {Col 3:21}

*cf. Coll.Hib.A 31.12.c*

*Source* *Col 3:21; cf Eph 6:4*

[50] Serui oboedite per omnia dominis [p. 36] carnalibus non ad oculum seruientes. quasi hominibus placentes. {Eph 6:5–6} quodcumque facitis ex animo operamini sicut *domino*. et non hominibus. scientes quod a *domino* accipietis retributionem hereditatis *domini christi* cui seruitis. {Col 3:23–4}

*Source* (serui ... placentes) *Eph 6:5–6*

*Source* (quodcumque ... seruitis) *Col 3:23–4*

[51] Qui bene *praesunt* presbiterii dupli honore digni habeantur maxime qui laborant in uerbo et doctrina. {1 Tim 5:17} Aduersus prespiterum accusationem noli recipere. nisi sub duobus uel IIIbus testibus. Peccantes coram hominibus argue. ut et ceteri timorem habeant. {1 Tim 5:19–20}

*cf. Coll.Hib.A 38.1.e, 42.13.a*

*Source* *1 Tim 5:17, 19–20*

[52] Nihil facias in partem aliquam declinando. {1 Tim 5:21} si a recta semita declinaueris. paululum non interest. si ad dexteram an ad sinistram cum uerum iter amisseris. [p. 37]

*cf. Coll.Hib.A 21.10.d*

*Source* (nihil ... declinando) *1 Tim 5:21*

*Source* (si a recta ... amisseris) *JEROME, Comm.in Mat.libri IV, lib. 1, vers. 6:2 (eds Hurst–Adriaen, 35, lines 723–24)*

[53] Manus cito nemini possueris. ne commonicaueris peccatis alienis temetipsum castum custodi. {1 Tim 5:22}

*cf. Coll.Hib.A 1.7.b*

*Source* *1 Tim 5:22*

## DE ABSTINENTIA CYBORUM ABSOLUENDA PRO INFIRMITATE

[54] Noli adhuc aquam bibere. sed modico utere uino. propter tuas infirmitates. {1 Tim 5:23}  
*cf. Coll.Hib.A 12.9.b*

*Source* *I Tim 5:23*

[55] **De lege** ueteri reprobatio quidem fit *praecedentis mandati* propter infirmitatem eius. et inutilitatem {Hbr 7:18} lex tripartita est. prima pars legis de deo. II. praceptorum III<sup>a</sup>. in neominis et sabatibus et escis. {cf. Is 1:13; Os 2:11; Col 2:16} et in circumcisione quousque ad iohannem est de qua locutus est dominus lex et prophetę usque ad iohannem. {Lc 16:16; cf. Mt 11:13}

*Source* (de lege ... inutilitatem) *Hbr 7:18*

*Source* (lex tripartita ... usque ad iohannem) *unidentified, but cf. AMBROSIASTER, Comm.in Pauli epist., ad Rom. (recensio gamma), vers. 7:24–5 (ed. Vogels, I, 245, lines 19–21)*

## [56] PAULUS DE MORIBUS SANCTORUM

Estote orationi instantes. [p. 38] memoris sanctorum commonicantes. {Rm 12:12–13} In memoria aeterna erit iustus. *reliqua* {Ps (G) 111:7}

*Source* (estote ... commonicantes) *Rm 12:12–13*

*Source* (in memoria reliqua) *Ps (G) 111:7*

## [57] SALAMON {marg.}

Memoria iusti cum laudibus. et nomina impiorum putrescit. {putrescent corr.} {Prv 10:7}

*Source* *Prv 10:7*

## [58] DE CONCORDIA PAULUS LOQUITUR

Obsecro uos fratres. per nomen domini nostri iesu christi. ut idipsum discatis omnes ut non sint in uobis scismata. sitis autem perfecti in eodem sensu. et in eadem sententia. {1 Cor 1:10}

*cf. Coll.Hib.A 21.9.a*

*Source* *I Cor 1:10*

## DE IUDICIO APUD INFIDELES NON SIT

### [59] hic idem {marg.}

Auferte malum ex uobis ipsis. {1 Cor 5:13} Audet aliquis uestrum negotium habens iudicare apud iniustos. et non apud sanctos. aut nescitis. *quoniam sancti* de hoc mundo iudicabunt. Indigni sunt ergo iudiciorum dei. qui etiam de minimis iudicent. Aut nescitis *quoniam* angelos iudicabimus. Numquid non [p. 39] magis saecularia igitur iudicia si habuerit {habueritis corr.} eos qui ad iudicandum; {1 Cor 6:1–4}

*cf. Coll.Hib.A 21.26.a*

*Source* *I Cor 5:13, 6:1–4*

[60] Stultas autem et sine disciplina<sup>8</sup> questiones diuita sciens quia generant lites. seruum autem domini non oportet litigare. {2 Tim 2:23–4}

*Source*                    2 Tim 2:23–4

**[61] GREGORII EPISCOPIS {EPISCOPI corr.} URBIS ROMAE DE REBUS UTILIBUS ECCLESIE DICTA.**

In templo columbae uendebantur. {cf. Mt 21:12} quid per columbas nisi *spiritus sancti* donum accipitur. sed uendentes et mentes exemplo eliminat. quia uel eos qui pro munere inpositionem manuum tribuunt uel eos qui donum *spiritus sancti* emere nituntur dampnat;

*cf. Coll.Hib.A 2.13.c*

*Source*                    GREG.MAG. Hom.in ev. 2.39 (ed. Étaix, 381, lines 45–49)

**[62] GREGORIUS**

Uidens ciuitatem peccatricem fleuit super eam. {Lc 19:41} hoc cotidie per electos suos agere nulla[p. 40]tenus cessat cum quosdam ex bona uita ad mores reprobos peruenire considerat. placuit enim eos qui nesciunt cum plangantur.

*cf. Coll.Hib.A 44.14*

*Source*                    GREG.MAG. Hom.in ev. 2.39 (ed. Étaix, 382, lines 66–7)

*Source*                    GREG.MAG. Hom.in ev. 2.39 (ed. Étaix, 382, lines 68–71)

**[63] CASSIONUS<sup>9</sup> {marg.}**

Nihil enim amplius habent oculi quam semplex animae praebent uisionis officium. Itaque si in annaniam et saffirram. qui nec alienas concupierunt parcere nec habuerunt desiderium adquirendi. sed reserandi. tantummodo uoluntatem praecessit tam seuera sententia quid censendum est de his qui numquam possessas pecunias. cupiunt congregare. et nuditatem coram hominibus praferentes affectu concupiscentiae coram deo diutes conprobantur;

*Source* (nihil ... officium)                    JOHN CASSIAN, De inst.coenob., 6.12 (ed. Petschenig, 122, lines 4–6)

*Source* (itaque si ... conprobantur)                    JOHN CASSIAN, De inst.coenob., 7.25 (ed. Petschenig, 147, lines 1–7)

**[64] Gregorius<sup>10</sup> Nazareni dicta {marg.}**

Mundari enim prius oportet. [p. 41] et sic alios mundare. sapientem prius fieri. et sic alios sapientes facere. lumen effici et sic alios inluminare. accide ad dominum. et ita alios accidere ad dominum.

*cf. Coll.Hib.A 38.4.a*

*Source*                    GREG.NAZIANZ.–RVFINVS Apologeticus 71 (ed. Engelbrecht, 56, lines 5–8)

<sup>8</sup> disciplina] corr. from disciplin[\*]a ?

<sup>9</sup> cassionus] vel forsitan cassianus iohannes ?

<sup>10</sup> gregorius] written in cursive

[65] Quia multo melius est pauci temporis regnum utimum {litimum corr.} quam tyrannides longui temporis;

Et melior est exigua pars cum iustitia. quam multae possessiones cum iniustitia;  
*cf. Coll.Hib.A 25.7*

*Source*                    *GREG.NAZIANZ.–RVFINVS Apologeticus 72 (ed. Engelbrecht, 56, lines 20–3)*

### [66] SALAMON

Uae tibi ciuitas cuius rex est iuuenis; {Ecl 10:16} Noli esse uelox in uerbis. noli esse iudex cito.  
*cf. Coll.Hib.A 25.5.a, 21.12*

*Source* (uae ... uerbis)    *GREG.NAZIANZ.–RVFINVS Apologeticus 73 (ed. Engelbrecht, 57, lines 7–9)*

*Source* (noli ... cito)      *unidentified*

### [67] IOB {marg.}

Causam quam nesciebam diligentissime inuestigabam {Iob 29:16}

*cf. Coll.Hib.A 67.2.c*

*Source*                    *Iob 29:16*

### [68] Gregorius {marg.}

Nec tutum est putare mediatorem populi apud deum effici quod est speciale officium sacerdotis nisi se proximum et amicum dei uideat; [p. 42]

*Source*                    *GREG.NAZIANZ.–RVFINVS Apologeticus 91 (ed. Engelbrecht, 68, lines 20–3)*

## DE ORDINATIONE RETINENDA ET SUMENDA

[69] Paratus erat aaron. sed moyses multum restiterat.

Isaias prumptus obtemperat. sed iuuenalem formidabat aetatem.

*Source*                    *GREG.NAZIANZ.–RVFINVS Apologeticus 114 (ed. Engelbrecht, 81, lines 17–19)*

[70] Heremias dicit. tacui et non semper tacebo. {cf. Ier 4:19} Habetis iam christi me uos O pastores obtenes O grex sanctissime. Ecce iam habes uestram subiectionem redde tuam benedictionem dirige nos orationibus uerbo instrue spiritu confirma. Benedictio enim patris domus confirmat filiorum.

Haec domus est in qua requies mea in saeculum saeculi. usque eam.

*cf. Coll.Hib.A 32.2.b*

*Source* (tacui ... tacebo)    *GREG.NAZIANZ.–RVFINVS Apologeticus 115 (ed. Engelbrecht, 82, lines 11–12)*

*Source* (habetis ... filiorum)    *GREG.NAZIANZ.–RVFINVS Apologeticus 116 (ed. Engelbrecht, 82, lines 17–24)*

*Source* (haec domus ... saeculi)    *GREG.NAZIANZ.–RVFINVS Apologeticus 116 (ed. Engelbrecht, p. 82, line 24–p. 83, line 1)*

### [71] hic idem {marg.}

Nec quidem recipio eos qui non digna conuersatione abluunt [p. 43] crimen admissum. sed et recipero competenti edoco {et loco corr.} eius et tempore dispensabo;

Source

*GREG.NAZIANZ.—RVFINVS De luminibus quod est de secundis epiphanis 19 (in Tyranni Rufini orationum Gregorii Nazianzeni novem interpretatio, ed. Engelbrecht, p. 134, line 19–p. 135, line 1)*

### [72] hic idem DE IUBELIO DICIT

Annorum uero septimana. annum fecit remissionis. et non solum septimana. uerum septimanę septimarum obseruantur. non solum in diebus sed etiam in annis *quae* quinquagensimum annum faciunt. qui apud illos iubelius nominatur in quo fit similiter terrae remissio et seruorum libertas. et possessionum restitutio *quae* *praetio* fuerunt comparatae.

cf. Coll.Hib.A 36.1

Source

*GREG.NAZIANZ.—RVFINVS De Pentecoste et de spiritu sancto 2 (in Tyranni Rufini orationum Gregorii Nazianzeni novem interpretatio, ed. Engelbrecht, 143, lines 8–16)*

### [73] DE MALIS PRINCIPIBUS HIC IDEM LOQUITUR

Timeo et hoc quod uideo etiam canes adfec[p. 44]tare ad officium pastorale maxime cum nihil in semetipsis pastoralis *præparauerit* disciplinae sed laniare tantum dederint et dissipare alienos labores. quia facilius est semper quam conseruare;

cf. Coll.Hib.A 37.4.a

Source

*GREG.NAZIANZ.—RVFINVS In semet.de agr.regr. 3 (ed. Engelbrecht, 170, lines 6–11)*

### [74] HIEREMIAS.

Uae pastoribus *israhel* qui disperdunt et delacerant gregem pascuę meae dicit dominus. {Ier 23:1}

cf. Coll.Hib.A 37.4.b

cf. c. 75 below

Source

Ier 23:1

### [75] EZECHIEL

Uae pastoribus *israhel* qui pascebant semetipsos. nonne greges pascuntur a pastoribus lac comedebatis e danieis {et lanieis corr.} operiebamini. et quod crassum erat occidebatis. gregem autem meum non pascebatis. quod infirmum fuit non solidastis. quod egrotum est non alligastis. et quod abiectum est non reduxistis. [p. 45] quod perierat non quesistis. sed cum austeritate imperabitis eis {Ez 34:2–4} eo quod non esset pastor. {Ez 34:5}

cf. Coll.Hib.A 37.4.b

cf. c. 74 above

Source

Ez 34:2–4, 5

[76] AEPISCOPII auctoritatē suscipiunt ligandi uel soluendi. qui grandum regiminis sortiuntiuntur. {sic} grandis honor est. sed grande pondus istius honoris. Durum quippe est ut qui nescit tenere moderamina uitę suę iudex fiat alienae. Iudicare autem digne de subditis nequeunt. qui subditorum causis sua uel odia uel gratiam sequuntur. qui lex super baculum nisi pastoralem curam suscipere. qui iam in suo corpore sciunt fluxa luxorię domare;

cf. Coll.Hib.A 1.14.a

Source (aepiscopii ... fiat alienae)

*GREG.MAG. Hom.in ev. 2.26 (ed. Étaix, 222, lines 98–102)*

*Source* (*iudicare ... gratiam sequuntur*)

*GREG.MAG. Hom.in ev. 2.26* (*ed. Étaix*, 222, *lines 109–11*)

*Source* (*qui lex ... domare*)

*GREG.MAG. Hom.in ev. 2.22* (*ed. Étaix*, 191, *lines 272–76*)

### [77] DE INFRACTUOSA ARBORE DICITUR [p. 46]

succedam ut qui occupat terram unusquisque iuxta modum suum in quantum locum uitae presentis tenet si fructum boni operis non exhibet uelut infractuosa arbor terram occupat. quia in eo loco in quo ipse est. et alis operandi occasionem negat. sed in hoc saeculo potens quilibet si fructum non habet bonae operationis etiam impedimentum *praestat* ceteris quicunque cum ipso sunt exemplo prauitatis ipsius quasi umbra peruersitatis eius praemuntur;

*Source*

*GREG.MAG. Hom.in ev. 2.31* (*ed. Étaix*, 271, *lines 43–51*)

## DE CHRISTIANIS LOQUITUR QUOD INUITI SUNT

### [78] GREGORIUS {marg.}

Quomodo potest teneri qui nudus est? Quaevis opulentiae uincere potest magis quam christiani [p. 47] philosophi nuditas;

Duo sunt in caelo quae teneri non possunt: *deus* et angelus. Tertium uero in terra *est* christianus philosophus uelud quidam incorporeus uiuens in carne.

*Source* (*quomodo ... nuditas*)

*GREG.NAZIANZ.–RVFINVS In semet.de agr.regr. 13* (*ed. Engelbrecht*, 182, *lines 9–11*)

*Source* (*duo sunt ... in carne*)

*GREG.NAZIANZ.–RVFINVS In semet.de agr.regr. 13* (*ed. Engelbrecht*, 182, *lines 19–22*)

### [79] Quid ergo mihi taurinas carnes nutritre et corpora pingui aruinę distendere;

*Source*

*GREG.NAZIANZ.–RVFINVS In semet.de agr.regr. 14* (*ed. Engelbrecht*, 184, *lines 17–18*)

[80] Nos autem qui *praesumus* non ex locorum sed ex morum nubilitate innotescere debemus. neque urbium claritate fieri. sed fidei puritate.

*cf. Coll.Hib.A 37.26*

*Source*

*GREG.NAZIANZ.–RVFINVS In semet.de agr.regr. 15* (*ed. Engelbrecht*, 185, *lines 11–13*)

[81] Introibo ad altare dei mei. *reliqua* {Ps (G) 42:4} Ab hoc enim altario non quislibet potestatem habet ne repellere. nec fraudatis umquam ouile uestrum; Non insurgunt pedes aduersus caput [p. 48] neque caput a se alienos deputet pedes. Cito uero require medicum. et adhibere curam uigilantis. ut non domesticos fugaremus. sed ut sociorum multitudine crescemus.

*cf. Coll.Hib.A 37.37*

*Source* (*introibo ... repellere*)

*GREG.NAZIANZ.–RVFINVS In semet.de agr.regr. 16* (*ed. Engelbrecht*, 186, *lines 7–10*)

*Source* (*nec fraudatis ... ouile uestrum*)

*GREG.NAZIANZ.–RVFINVS In semet.de agr.regr. 18* (*ed. Engelbrecht*, 187, *line 25*)

*Source* (*non insurgunt ... deputet pedes*)

*GREG.NAZIANZ.–RVFINVS De rec.unitat.monach. 8* (*ed. Engelbrecht*, 218, *lines 12–13*)

*Source* (*cito ... uigilantis*)

*GREG.NAZIANZ.–RVFINVS De rec.unitat.monach. 10* (*ed. Engelbrecht*, 220, *line 23*)

*Source* (ut non ... crescemos)

*GREG.NAZIANZ.-RVFINVS De rec.unitat.monach. 11 (ed. Engelbrecht, 221, lines 10–11)*

### [82] DE EXCOMMUNICATIONE DICIT GILDAS

Non noe cham filium suum magice artis scribam aut arca aut mensae commonione uoluit arcere;  
Non abraham neel et ezcol in debellatione. V. regum exorruit. Non loth sodomitarum conuiua execratur;

Non isac mensae participationem abimelech. et ocazat et picus duci militum negat. sed post cibum et putum {potum corr.} iurauerunt sibi motuo [p. 49]

Non iacob extimuit communicari filii suis quos nouit uenerari idola

Non ioseph rennuit faraoni mensę et scipha participari;

Non aaron sacerdotis idolorum madian mensam reppulit;

Nec moyses simul cum ethor hostias et conuiuium pacificum init;

Non dominus noster<sup>11</sup> iesus christus publicanorum conuiua diuitabit. ut omnes peccatores et meretrices saluaret;

(ed. MOMMSEN, as *Gildas, Epist.deperd.fragm. 1*, in *Chronica minora*, 86, lines 1–10; trans. WINTERBOTTOM, *Gildas*, 80)

cf. *Coll.Hib.A* 40.5.a; see also *De communicatione Gildas*, ed. Breen, 'Date, provenance and authorship', 121–22, lines 22–37

### DE ABSTINENTIA CIBORUM

#### [83] GILDAS DICIT. {marg.}

Abstinentia corporalium ciborum absque caritate inutilis est meliores sunt ergo qui non magno opere ieunant nec supra modum a creatura dei se abstinent. Cor intrinsecus nititum coram deo sollicite seruantes. a quo sciunt exitum uitae. [p. 50] quam illi qui carnem non edunt. nec cibis secularibus dilecantur. neque uehiculis equisque uechuntur. Et pro his quasi superiores ceteris se putantes. quibus mors intrat per fenestram eleuationis.

(ed. MOMMSEN, as *Gildas, Epist.deperd.fragm. 2*, in *Chronica minora*, 86, lines 11–16; trans. WINTERBOTTOM, *Gildas*, 80)

cf. *Coll.Hib.A* 12.5

### DE NOUSSIMIS DIEBUS

#### [84] HIEREMIAS DICIT {marg.}

Instabunt tempora pessima et erunt homines sui amatores auari adrogantes superbi blasphemici. parentibus inoboedientes ingrati inpuri sine affectione. sine pace accusatores intemperantes crudiles odio habentes bonum proditores temerari. inflati uoluntatum amatores magis quam dei habentes formam pietatis et uirtutem eius abnegantes. {2 Tim 3:1–5}

---

<sup>11</sup> *noster*] nrt with macron over rt

(ed. MOMMSEN, as *Gildas, Epist.deperd fragm. 3, in Chronica minora, 86, lines 17–21; trans. WINTERBOTTOM, Gildas, 80*)

cf. *Coll.Hib.A 37.30*

Source

*2 Tim 3:1–5*

[85] Multi peribunt agentes mala. [p. 51] ut ait apostolum {sic} habentes habentes {sic} zelum dei. sed non secundum scientiam ignorantes dei iustitiam et suam querentes statuere iustitię dei non sunt subiecti; {Rom 10:2–3}

Omnis fratres culpantes sunt qui suas secum adinuentiones uel praeassumptiones non fecerunt. {cf. Ps (G) 98:8}

(ed. MOMMSEN, as *Gildas, Epist.deperd fragm. 3, in Chronica minora, 86, lines 21–4; trans. WINTERBOTTOM, Gildas, 80*)

[86] Hii autem pane ad mensuram utuntur. pro hoc sine mensura gloriantur. Dum aqua utuntur simul odii potantur. Dum siccis ferculis simul ecce tractationibus {et detractationibus corr.} fruuntur. Dum uigilias extendunt aliquos somno dimersos notant. pedibus et memberis dicentes ceteris. si non caput fueris ut ego sum ad nihili te computabo {aī siñ add. sup. lin.} quod non tam pro dilectionis causa pro[p. 52]mittur quam dispectus. dum principalibus decretis meditantur.

Seruos dominis. uulgus regibus auro plumbum argento ferrum ulnum praeferunt. Ita ieunium caritati uigilias iustitiae propriam adinventionem concordiae clausulam cellae humilitati postremo hominem deo anteponant non intendentis quod euangelium. sed quod uoluntas iubet. quid apostolum. sed qui superbia doceat. non intendentis statum siderum in caelo inequalē esse et angelorum officia inequalia.

Hii ieunant quod nisi propter alias uirtutes adsestantur. nihil prodest illi caritatem quae summa plenitudo [p. 53] legis est {cf. Rom 13:10} intentione perficiunt a deo docti cum spiritus sancti cithare dicunt.

Quasi pannus menstruate omnes iustitiae nostrae. {Isa 64:6} Hii autem folles diaboli dicunt forsitan melioribus quorum uident angeli faciem patris. recidite a nobis quia inmundi estis. quo respondit dominus. isti fumus erunt in furore meo. et ignis ardens cotidie. {Isa 65:5} Non spernentes fratres dicit dominus pauperes beatos esse sed pauperes non animosus sed mittes neque inuidiosus. sed lugentes uel propria uel aliorum peccata. qui esuriunt et sitiunt. non qui aquam cum ceterorum dispectu sed iustitiam. nec pro nihilo alios ducentes sed misericordes. non qui superbo [p. 54] sed mundo corde. non alis seueri sed pacifici. non qui inferunt bella. sed qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. habitari uidelicet regnum caelorum; {cf. Mt 5:3–10}

(ed. MOMMSEN, as *Gildas, Epist.deperd fragm. 3, in Chronica minora, p. 86, line 24–p. 87, line 18; trans. WINTERBOTTOM, Gildas, 80–1*)

cf. *Coll.Hib.A 66.9*

[87] **DE MONACHIS QUI UENIUNT** de loco uiliore ad perfectiorem quorum abbas. ita degenerauit ab opere dei. ut mereatur ad mensam sanctorum non recipi. sed et fornicationis crimine non suspicionis. sed mali euidentis honorari. suscipe sine ullo scripulo monachus tales ad uos de flamma inferni configuentes nequaquam eorum consulto abbate; Illos uero quorum

abbatem de mensa sanctorum propter infamiam non arcemus. non debemus illo [p. 55] nolente suscipere. quanto magis uenientes a sanctis abbatibus. et nullo alio modo suspectis. nisi quod habent peccora et uehicula uel pro consuetudine patriae uel sua infirmitate quae minus ledunt habentes. si cum humilitate et patientia quam {CL. add. sup. lin.} aratra trahentes et soffosoria figentes terre cum præsumptione et superbia. Quicquid autem monacho de rebus secularibus superhabundat ad luxurias diuitias debet refferri. et quod necessitate et non uoluntate habere conpellitur ut non penuaria {sic} cadat non illi ad malum ne putabitur. {reputabitur corr.} Capitibus namque præcipua corporis ornamenta dilata [p. 56] non debent inferiora dispicere et manum cotidiana commoda superbire superioribus fas non est;

Nonne haec nec ille possunt sibi motuo dicere operam uestram non necesse habemus {cf. 1 Cor 12:21} quae ad commonem eiusdem corporis pertinent utilitatem. Haec diximus ut sciant summi sacerdotes quod sicut non debent inferiores clerici eos dispicere ita et illi nec clericos sicut nec caput quidem cetera membra;

(ed. MOMMSEN, as *Gildas, Epist.deperd.fragm. 4*, in *Chronica minora*, 87, lines 19–35; trans. WINTERBOTTOM, *Gildas*, 81)

cf. *Coll.Hib.A* 39.5, 7

[88] **A**bas districtioris regulæ non amittat monachum alterius abbatis paulo remissioris. Et qui remisior est non reteneat monachum suum ad districtiora tendentem;

(ed. MOMMSEN, as *Gildas, Epist.deperd.fragm. 5*, in *Chronica minora*, p. 87, line 36–p. 88, line 1; trans. WINTERBOTTOM, *Gildas*, 82)

cf. *Coll.Hib.A* 39.6, 9

[89] **H**abent quippe sacerdotes et episcopi [p. 57] terribilem iudicem cui pertinet non nobis de illis in utroque saeculo iudicare;

(ed. MOMMSEN, as *Gildas, Epist.deperd.fragm. 5*, in *Chronica minora*, 88, lines 1–2; trans. WINTERBOTTOM, *Gildas*, 82)

cf. *Coll.Hib.A* 1.16.b

[90] **M**aledictus qui transfert terminos suos {suos ras.} uel proximi sui; {Dt 27:17}

(ed. MOMMSEN, as *Gildas, Epist.deperd.fragm. 6*, in *Chronica minora*, 88, line 3; trans. WINTERBOTTOM, *Gildas*, 82)

cf. *Coll.Hib.A* 61.6

[91] Unusquisque permaneat in eo in quo uocatus est apud deum. {1 Cor 7:24}

Ut ne primarius nisi uoluntate motetur subiecto. neque subiectus sine senioris consilio locum prioris obtineat;

(ed. MOMMSEN, as *Gildas, Epist.deperd.fragm. 6*, in *Chronica minora*, 88, lines 4–5; trans. WINTERBOTTOM, *Gildas*, 82)

cf. *Coll.Hib.A* 37.31

[92] **Q**uae sunt honesta nostra his honorem habuntiorem circumdamus. {1 Cor 12:23}

Iudicare ergo satis salubre est subiectos episcopis abbatibusque quorum sanguinem si eos non bene regnant de manibus requiret dominus; {cf. Ez 3:18–20, 33:6–8}

Inoboedientes uero patribus sint sicut gentiles et pub[\*]icari {publicani corr.} [p. 58] et omnibus hominibus tam bonis quam malis prēter suos subiectos illud apostoli existimantes omnes homines. *reliqua.*

(ed. MOMMSEN, as *Gildas, Epist.deperd.fragm. 6, in Chronica minora, 88, lines 6–10; trans. WINTERBOTTOM, Gildas, 82*)

[93] Peruenit illud iudicium. pro incerto exitu uitae legentes in scriptura. apostolum perditum cupiditate. et latronem confessione in paradisum translatum;

(ed. MOMMSEN, as *Gildas, Epist.deperd.fragm. 6, in Chronica minora, 88, lines 11–12; trans. WINTERBOTTOM, Gildas, 82*)

[94] Conepiscopos autem et conabbates. et non subiectos non iudicare.

Melius est foetentes uero alicuius nequam fama putare nullo modo ad intigrum arguant. sed leniter increpat cum patientia. quos pro conscientia ut possint debent quasi susceptos uitare nec tamen ut reos ueros excommunicare. *uel mensa uel pace arcere cum ratio aliqua neces*[p. 59]sitatis aut conuentus *uel locutionis* exigerit. sed illis denuntietur. quod non recte agant quia non possumus eos pro hoc damnare dum commonicant illi indigne forte nos per cogitationes malas demonibus communicamus;

Quos uero scimus sine ulla dubitaione esse fornicatores nisi ligitimo ordine peniteant. a pace et mensa cuiuscumque ordinis ligitime fuerint arcemus.

Ut est illud si quis frater nominatur. et est fornicatur. *reliqua.* Et propter principalium uitiorum causas euidenter probatas nulla alia ratione debemus fratres a commonicatione altaris *uel mense cum tempus* poposcerit arcere;

(ed. MOMMSEN, as *Gildas, Epist.deperd.fragm. 7, in Chronica minora, 88, lines 13–24; trans. WINTERBOTTOM, Gildas, 82*)

cf. *Coll.Hib.A 1.16.c*

[95] **PATRICIUS DE UNITATE ET SUBDITORUM** [p. 60]

Quis ergo audet scindere unitatem quam nemo hominum soluere uel reprehendere potest.

(ed. WARE, *S. Patricio adscripta opuscula*, 47)

cf. *Coll.Hib.A 21.9.b; B 44.29*

*Source* *unidentified*

[96] *Actus apostolorum {marg.}*

**MULTITUDINIS** {autem add. sup. lin.} **CREDENTIUM** erat cor unum. et anima una. et nulla erat separatio in eis. nec quisquam ex bonis suis dicebat esse aliquid. sed erant illis omnia commonia. Gratia quoque erat magna super illos omnes. nec enim in eis aliquis indigens. nam quicumque possessores agrorum aut domorum erant uendentes adferebant *praetia* illorum. et ponebant ante apostolorum et diuidebatur unicuique ut opus erat. {Act 4:32–5}

*Source* *Act 4:32–5*

[97] Quidam autem uir nomine annanias cum safirra uxore sua<sup>12</sup> et adferens partem aliquam ante pedes apostolorum. Dixit autem [p. 61] petrus illi. annanias cur impleuit satanas cor tuum ad mentiendum spiritui sancto. ut fraudem faceres de praetio agri. Nonne manens tibi manebat et uenditum in tua potestate erat. quare posuisti in corde tuo facere hoc malum. Non es hominibus mentitus sed deo; {Act 5:1–4}

Audiens autem annanias haec uerba cecidit et expirauit; {Act 5:5}

Source

Act 5:1–5

## DE OBSERUATIONE MANDATI PRIORUM PATRUM.

[98] Haec dicit dominus exercituum deus israhel. pro eo quod obedistis praecepto ionadab patris uestri. et custodistis omnia mandata eius et fecistis uniuersa que praecepit uobis. propterea haec dicit dominus exercituum deus israhel. non deficit uir de stirpe ionadab filii recab stans [p. 62] in conspectu meo cunctis diebus; {Ier 35:18–19}

cf. Coll.Hib.A 12.16, 32.1

Source

Ier 35:18–19

## DE UINDICTIS LOQUITUR.

[99] hic idem. {marg.}

Maledictus qui prohibit gladium suum a sanguine {Ier 48:10} rei. qui percutit malos in eo quod mali sunt et habet uassa interfectionis ut percutiat pessimos minister dei est.

cf. Coll.Hib.A 27.8.a, 67.4.d; GRATIAN, C. 23 q. 8 c. 33

Source (maledictus ... sanguine) Ier 48:10

Source (qui percutit ... dei est) JEROME, Commentariorum in Hiezechiel libri XIV, 3.9.1b (ed. F. Glorie, CCSL 75 [Turnhout, 1964], 103, lines 422–24)

[100] Homicidas et sacrilegos punire non est effusio sanguinis sed ministerium legum; Et dum parcant sacerdotes peccatoribus ecclesię moliuntur interitum quae ista bonitas uni parcere et omnes in discrimin perducere. pulluit autem populus uno peccante.

cf. Coll.Hib.A 27.8.c–d, 67.4.f; GRATIAN, C. 23 q. 5 c. 31

Source (homicidas ... ministerium legum) JEROME, In Hieremiam libri VI, 4.35, vers. 22:1–5 (ed. Reiter, 201, lines 24–6)

Source (et dum ... uno peccante) unidentified, but cf. PS.-SENECA De moribus 114

[101] Qui non occidit latronem: ipse perdidit inopem; Mortificabant autem animas que non morientur: et uiuificant animas que non uiuunt. {Ez 13:19} Non morientem quippe [p. 63] mortificat qui iustum dampnat. et non uicturum uiuificantem nititur qui reum a supplicio soluere conatur.

---

<sup>12</sup> Some text (*uendidit agrum et fraudauit de praetio agri conscientia uxore sua*) has gone missing at this point due to homoioteleuton.

*cf. Coll.Hib.A 27.8.e, 67.4.g–h*

*Source*

*unidentified*

### [102] IN LIBRIS REGUM DE BENADAB LOQUITUR SCRIPTURA

De reis relictis haec dicit dominus. quia dimisisti uirum dignum morte. erit anima tua pro anima illius et populus tuus pro populo illius. {3 Rg 20:42} Hieu autem praeparauit sibi LXXX uiros. et dixerat eis quicumque fugerit de omnibus his quoscumque adduxero in manus uestras. erit anima uestra pro anima illorum. {4 Rg 10:24}

*cf. Coll.Hib.A 27.19.a, c*

*Source* (haec dicit ... populo illius)

*3 Rg 20:42*

*Source* (hieu autem ... anima illorum)

*4 Rg 10:24*

### [103] IN SAMUEL

Dominus dicit. et tu cale abiecisti uictimam meam et munera mea quę praecipi. ut offerentur in templo. et magis honorasti filios tuos quam me; {1 Sm 2:29} prędixi enim quod [p. 64] iudicaturus essem domum eius in aeternum. propter iniquitatem eo quod nouerat indigne agere filios suos et non corripuit eos. {1 Sm 3:13}

*cf. Coll.Hib.A 31.4.a, 5.a*

*Source*

*1 Sm 2:29, 3:13*

### [104] IN HIEZECHIELE

Filius uero non accipiet iniustitiam patris. neque pater accipiet iniustitiam filii. iustitia iusti super ipsum erit. et iniquitas iniqui super ipsum erit; {Ez 18:20}

*cf. Coll.Hib.A 31.11.a*

*Source*

*Ez 18:20*

### [105] AGUSTINUS DICIT

**DE UINDICTA IN NOUO LEGE** De sermone in monte neque ea uindicta prohibitur quae ad correptionem ualet. etiam ipsa enim pertinet ad misericordiam nec inpedit illud propositum quo quisque paratus est ab eo quem correptum esse uult. et plura perferre sed uindicte huic [p. 65] referendę non est idoneus nisi qui odium quo solent homines flagillare qui se uindicare desiderant dilectionis magnitudine superauit. Non enim metuendum est ne odise paruulum filium parentes uideantur cum ab eis uapulatur peccans. ut non peccet ulterius et certe perfectae dilectionis ipsius dei patris emitatione nobis proponitur cum in sequentibus dicit.

Diligite inimicos uestros reliqua. {Mt 5:44; cf. Lc 6:27} Et tamen de ipso dicitur per profetam. quem enim diligit dominus corripit. flagillat omnem filium quem recipit. {Hbr 12:6} Magni enim et sancti uiri qui optime scierunt mortem istamque anima desoluit a corpore non esse formidandum. [p. 66] Secundum eorum tamen animum qui illam timent. nonnulla peccata morte punierunt quo et uiuentibus utilius metus incuteretur et illis qui morte puniebantur non ipsa mors noceret quibus tale iudicium donauerat. Deus quod helias multos morte adficit. Et propria manu et igni diuinitus imperato. cum et alii magni et diuini uiri. eodem spiritu consulantes rebus humanis non temere fecerint. Itaque postea quam eos docuit. quid est diligere proximum

tamquam infuso etiam spiritu sancto quem misit non defuerant tales uindictę quam multo rarius quam in ueteri testamento;

Nam et uerbis apostolis {apostoli corr.} petri annania et uxor eius exanimes [p. 67] ceciderunt. Et huic libro heretici qui aduersantur et ueteri testamento nolunt credere. paulus apostolus intueantur dicentem de quo quod peccare quem tradidit satanę in interitum carnis ut anima salua sit. et si nolunt hic mortem intellegere fortasse enim incertum est quam uindictam per satanan factam ab apostolo fateantur. quod non eam odio sed amore fecisse manifestat illud adiectum ut anima salua sit. Aut in illis libris quibus ipsi magnam tribuit auctoritatem. Animaduertant quod dicimus. ubi scriptum est apostolum thomam inpręcatum cuidam. quod palma percussisset atrocissime mortis supplicium animam eius. [p. 68] tamen commendat aut in futuro ei saeculo parceretur cuius a leone occisi corpore disceptam manum. canis tulit mensis quibus conueniebat apostolos;

*cf. Coll.Hib.A 27.9*

*Source* (neque ea uindicta... quem recipit)

AVG. *De serm.dom.in monte*, I.20.63 (ed. Mutzenbecher, 72, lines 1569–82)

*Source* (magni enim ... temere fecerint)

AVG. *De serm.dom.in monte*, I.20.64 (ed. Mutzenbecher, 73–4, lines 1595–1605)

*Source* (itaque postea ... ueteri testamento)

AVG. *De serm.dom.in monte*, I.20.64 (ed. Mutzenbecher, 74, lines 1612–16)

*Source* (nam et uerbis ... conueniebat apostolos)

AVG. *De serm.dom.in monte*, I.20.64–5 (ed. Mutzenbecher, 74–5, lines 1618–35)

## [106] INCIPIT SINODUS IN AURILIENSI URBE

**DE HOMICIDIS ET ADULteris et furibus si ad ecclesiam confugerint id constituimus obseruandum quod ecclesiastici canones decreuerunt. et lex romana constituit. Ut ab ecclesię atris uel domu episcopi eos abstrachi omnino non liceat. nec alteri consignari nisi ad euangelia datis sacramentis de morte de debilitate et omni poenarum genere sint securi. ut ei cui reus fuerit creminosus de satisfactione conueniat; [p. 69] quod si sacramenta sua quis conuictus fuerit uiuolasse {sic} reus periuri non solum a communione ecclesię uel omnium clericorum. uerum etiam catholicorum conuiuio separetur. quod si cui reus est uoluit sibi intensione facienti conponi et ipse reus de ecclesia actus timore discesserit ab ecclesie {sic} clerici non queratur;**

*cf. Coll.Hib.A 28.11*

*Source*

CORL.511.1

## DE INDULGENTIA.

### [107] GREGORIUS {marg.}

Quid adhuc grauius est apud deum quam aliis postulat mortem inimici. eumque quem non potest gladio persequi perquitur oratione et uiuit adhuc. qui maledicitur. Tamen is qui maledicit de morte illius reus tenetur. Iubet autem deus. ut diligatur inimicus. et tamen rogatur deus [p. 69B] ut occidat. [\*] {[\*] ras.} inimicum. quisquis itaque sic orat ipsis suis praecibus contra creatorem suum pugnat. Unde et sub iudeae specie dicitur et oratio eius fiat in peccatum. {Ps (G) 108:7}

Oratio quippe in peccato est illa petere quae prohibet deus ipse qui petitur. hinc ueritas ait. cum statis ad orandum remitte si quid habetis in cordibus uestris. {Mc 11:25}

*cf. Coll.Hib.A 61.4.a*

*Source GREG.MAG. Hom.in ev. 2.27 (ed. Étaix, 235, lines 162–72)*

### [108] IN IESU NAUE. DE SORTIBUS MULTIPLEX SCRIPTURA

HAEC DICIT DOMINUS DEUS. *israhel.* anathema in medio tui est *israhel.* non poteris stare coram hostibus tuis donec deleatur abs te qui hoc contaminatus est scelere acceditisque mane singuli per tribus uras {sic, pro uestras} et quodcumque tribum sors inuenierit accidet per cognationes suas. et cognatio per domus. domusque per uiros. et quicumque ille in hoc facinore fuerit deprehensus conburetur igni cum omni substantia. quioniam praeuaricatus est pactum domini. et fecit nefas in *israhel.* Surgens itaque iosue mane adplicuit *israhel.* per tribus suas. et inuenta est tribus iuda. quecumque {que cum corr.} familias suas esset oblata. inuenta est familiae {familia corr.} zarie illam quoque per uiros offerens repperit Zabdi. cuius domum in singulos diuidens uiros inuenit achan filium acharmi fili sabdi fili zare de tribu iuda. Et ait ad achan fili mi da gloriam deo domino deo *israhel.* et confitere atque indica mihi quid feceris ne abscondas. responditque achan iosue et dixit ei. [p. 70] uere ego peccauit domino deo *israhel;* Et sic feci uidi enim inter spolia pallium coccineum ualde bonum et CCtos siclos argenti regulamque auream. L. siclorum et concupiens abstuli in terra intra medium tabernaculi argentumque fossa humo operui. misit ergo iosue ministros et reperierunt cuncta. {Ios 7:13–22} Tollens itaque iosue achan filium acharmi argentumque et pallium et legulam {sic} auream filiosque eius et filias boues et oues ipsumque tabernaculum et cunctam suppellecilem duxit ad uallem achor. ubi dixit iosue quia turbasti nos. exturbet te dominus in die hac lapidauitque eum omnis *israhel.* Et cunctaque {sic} illius erant igni consummata sunt; [p. 71] {Ios 7:24–5}

*cf. Coll.Hib.A 29.5*

*Source Ios 7:13–22, 24–5*

### [109] IN LIBRO REGUM

Adplicuit iosue omnes tribus *israhel* et cecidit sors tribus beniamin. et cognationes eius et cicidit sors cognitioni methiri. et peruenit ad saul filium cis. {1 Sm 10:20–1}

*cf. Coll.Hib.A 25.2*

*Source 1 Sm 10:20–1*

### [110] IN ACTIBUS APOSTOLORUM

Statuerunt duos ioseph qui uocabatur barnabas qui cognominatus est iustus et madian. et orantes. dixerunt. tu domine qui nosti corda hominum ostende nobis quem elegeris ex his duobus unum accipere locum ministri huius et apostolatus de quo praeuaricatus est iudas ut abiret in locum suum. et dederunt sortes eorum. et cicidit sors super madian. et adnumeratus est cum. XI. discipulis. {Act 1:23–6}

*cf. Coll.Hib.A 26.2.c, 37.1*

*Source Act 1:23–6*

### [111] AGUSTINUS

Contradictiones conpraemis [p. 72] sors et inter potentes quosque deiudicat. {Prv 18:18} Et in psalmo dicitur. in manibus tuis sortes me. {Ps (G) 30:16}

Quod Agustinus interpretatus est sors. non aliud mali est sed res in dubitatione humana diuinam nobis indicans uoluntatem. Et alibi quae in occulto dei iudicio fiunt per manus sanctorum sors manifestat; Solent enim quae sorte dantur diuinitus dari uel operari; cf. Coll.Hib.A 26.1.b, 4

*Source* (contradictiones ... deiudicat)

*Source* (in manibus tuis sortes me)

*Source* (sors non aliud ... uoluntatem)

*Source* (quae in occulto ... manifestat)

*Source* (solent enim ... operari)

Prv 18:18; and cf. AVG. Speculum 7 (ed. Weihrich, 63, lines 2–3)

AVG. Enarr.in Psalm., psalm. 30, enarr. 2, sermo 2.13 (eds Dekkers–Fraipont, 211, line 1)

AVG. Enarr.in Psalm., psalm. 30, enarr. 2, sermo 2.13 (eds Dekkers–Fraipont, 211, lines 4–5)

unidentified, but cf. AVG. Enarr.in Psalm., psalm. 30, enarr. 2, sermo 3.6 (eds Dekkers–Fraipont, 216, lines 3–5)

AVG. De Genesi ad litteram libri XII, 10 (ed. J. Zycha, CSEL 28.1 [Vienna, 1894], 321, lines 5–6)

### [112] AGUSTINUS IONAS. {marg.}

Uenite mittamus sortes ut cognoscamus cuius causa malitia haec est super nos. et miserunt sortes et cicidit sors super ionam; {Ion 1:7}

De hac sorte Agustinus dicit. hoc exemplo sortibus non debemus credere. Sortes mittuntur in sinum. sed a domino temperantur; {Prv 16:33} inter sortes non est electio sed [p. 73] uoluntas dei.

cf. Coll.Hib.A 26.2.b, 3.b, 4

*Source* (uenite ... super ionam)

JEROME, Comm.in proph.minor., in Ionam 1:7 (ed. Adriaen, I, 386, lines 233–35)

*Source* (hoc exemplo ... credere)

JEROME, Comm.in proph.minor., in Ionam 1:7 (ed. Adriaen, I, 387, lines 240–41)

*Source* (sortes mittuntur ... temperantur)

Prv 16:33; and cf. AVG. Speculum 7 (ed. Weihrich, 61, line 18)

*Source* (inter sortes ... uoluntas dei)

AVG. Enarr.in Psalm., psalm. 30, enarr. 2, sermo 2.13 (eds Dekkers–Fraipont, 211, lines 13–14)

### [113] IN GENESSI

De principatu inter iuuenem et senem. Dixitque ioseph ad patrem. non ita conuenit pater. quia hic primogenitus est. pone dexteram tuam super caput eius. qui rennuens ait. scio fili mi et iste quidem in populo erit et multiplicabitur. sed frater eius iunior maior illo erit. et semen illius crescat in gentibus. benedixitque eum dicens. insto tempore in te benedicetur. facitt {faciet corr.} tibi deus sicut effraim et sicut manasse et constituit effraim ante manasse; {Gn 48:18–20}

*Source* (dixitque ... ante manasse)

Gn 48:18–20

### [114] DE DIUISIONE PRO FRATRIBUS. {marg.}

Principit eis iosue dicens circuite terram et discribite eam ac reuertimini ad me. ut hic coram domino deo nostro in selo mittam uobis sortem itaque perexerunt et lustrantes eam. [p. 74] In UII

partes diuiserunt scripserunt in uolumine reuersique sunt ad iusue in castro selo qui misit sortes coram domino. diuisitque terram in VII partes filiis israhel; {Ios 18:8–10}

*cf. Coll.Hib.A 32.8*

Source

*Ios 18:8–10*

## DE PENITENTIA multiplex loquitur.

[115] **P**enitentia aboleri peccata indubitanter credimus. etiam si in ultimo uitę spiritu admisorum peniteat. et publica lamentatione peccata prodantur; *quoniam dei propositum quod* decreuit saluare *quod* perierat. {Mt 18:11} stat immobile. Et ideo quia uoluntas eius non motatur sine {siue corr.} emendatione uitae si tempus conceditur ei. siue simplici confessione si continuo exciditur uita ueniam peccatorum *praesumatur* ab illo qui [p. 75] non uult mortem peccatoris.

*cf. Coll.Hib.A 11.a*

Source

*GENNADIVS, Lib.eccl.dogm. 46* (ed. Turner, 98, lines 1–7; cf. *recensio vulgata*, c. 47 [PL 42, col. 1220])

[116] Sed et secreta satisfactione solui cremina mortalia non negamus. sed motato prius saeculi habitu et confessio religionis studio per uitę correptionem et iugi immo perpetuo luctu miserante deo ita dumtaxat. ut contraria pro his quę penitet agat et eucharistiam omnibus diebus dominicis supplex atque submisus usque ad mortem percipiat.

*cf. Coll.Hib.A 47.5.c*

Source

*GENNADIVS, Lib.eccl.dogm. 22* (ed. Turner, 94, lines 13–18; cf. *recensio vulgata*, c. 23 [PL 42, col. 1218])

[117] **N**on enim nocent mala *praeterita* si non placent. *praecipue* si multis elimosinis fuerint expiata. Adhuc est enim penitendi et corrigendi locus nondum facta est illa diuisio ad dexteram et aliorum ad sinistram;

*cf. Coll.Hib.A 47.7, 11.c*

Source

*CAESARIVS, Sermo 154.4* (ed. Morin, 630, lines 3–6 [codd. ZG<sup>8</sup>])

[118] Unusquisque in sua habet potestate [p. 76] breue aut longum penitentiae suae tempus exigere. Et ideo est in uobis quando uellitis ad nostram conuenire mensam. et non in nobis quibus permisum non est sumere cum aliquo cibum nisi fuerit prius baptizatus. Potes enim fieri ut multi temporis neglegentiam. breuis adsidua reparet diligentia;

*cf. Coll.Hib.A 47.4.a–b*

Source (unusquisque ... prius baptizatus)

*Ps.-CLEMENS-RVFINVS Recognitiones 2.72* (eds Rehm–Paschke, 94, lines 4–8)

Source (potest enim ... diligentia)

*Ps.-CLEMENS-RVFINVS Recognitiones 6.2* (eds Rehm–Paschke, 188, lines 8–9)

[119] In omnibus obtainenda est parsimo[\*]nia {parsimonia corr.} ut neque demonibus locus detur. neque ab eis obsesa una cum ipsis tradatur ignibus crucienda.

Source

*Ps.-CLEMENS-RVFINVS Recognitiones 6.18* (eds Rehm–Paschke, 155, lines 17–20)

[120] Reminiscamur david regis duo tam grauia tamque inmania cremina uno penitudinis sermone dileta;

*cf. Coll.Hib.A 47.4.d*

*Source JOHN CASSIAN, De inst.coenob. 12.11 (ed. Petschenig, 213, lines 4–6)*

[121] Non dico ebdomadas non duplicata et multiplicata ieunia; sed saltim singulos absque ciborum luxoria transigamus; [p. 77]

*cf. Coll.Hib.A 12.8.b; GRATIAN, D. 5 de cons. c. 18*

*Source unidentified, but cf. JEROME, Epistola 107, ad Laetam (ed. Hilberg, II, 301, lines 6–8)*

[122] Lacrimas petri lego: satisfactionem eius non lego. Abluunt ergo lacrimae delictum quod uoce pudor est confiteri. qui cum multuorum {sic} destructione se perdidit cum multuorum edificatione se redimat.

*cf. Coll.Hib.A 47.5.b; GRATIAN, D. 1 de pen. cc. 1–2*

*Source (lacrimas petri ... est confiteri) AMBROSE, Exp.ev.sec.Luc., lib. 10, c. 87 (ed. Adriaen, 371, lines 846–49)*

*Source (qui cum ... se redimat) CAESARIUS, Sermo 179.7 (ed. Morin, 728, lines 7–9)*

## DE CAUSIS PENSANDIS.

[123] Causae ergo pensandae sunt et tunc ligandi ac soluendi potestas exercenda est. Uidenda quippe culpa aut que sit penitentia subsequuta post culpam. cor namque contritum et humiliatum deus non spernit. {Ps (G) 50:19} ut quos deus omnipotens per conunctionem uitat illos pastoris sententia soluat. sed in omni penitentia solenter inquirendum est ut dicitur conuertimini ad me. reliqua. {Iobel 2:12; cf. Is 45:22} Haec enim est uera penitentia penitenda non admittere [p. 78] et commissa deflere.

*cf. Coll.Hib.A 47.6.a–b; GRATIAN, C. 11 q. 3 c. 88*

*Source (causae ... sententia soluat) GREG.MAG. Hom.in ev. 2.26 (ed. Étaix, 222, lines 116–19)*

*Source (cor namque ... non spernit) Ps (G) 50:19*

*Source (sed in omni ... ad me reliqua) PCUM.600, postscriptum (ed. Bieler, 132, line 22)*

*Source (conuertemini ... reliqua) Iobel 2:12; cf. Is 45:22*

*Source (est uera ... deflere) GENNADIVS, Lib.eccl.dogm. 23 (ed. Turner, 94, lines 1–2; cf. recensio vulgata, c. 24 [PL 42, col. 1218]); and cf. PCOA.600.1*

## [124] INCIPIUNT REMISSIONES PECCATORUM QUAS IN CONLATIONE SUA SANCTUS PINUFIUS CONSCRIPSIT.

POST ILLAM NAMQUE GENERALEM baptismi gratiam. et illud praeftiosissimum martyri donum quod sanguis oblutione conquiritur;

Multi sunt penitentiae fructus per quos expiationem criminum peruenitur. Non enim tantum simplici illo nomine salus aeterna promittitur. De qua beatus petrus. penitemini inquit. et conuertemini ut deleantur peccata nostra. {Act 3:19} Et iohannes baptista uel ipse dominus penitentiam agite adpropinquauit regnum caelorum. {Mt 3:2} sed etiam per caritatis affectum peccatorum molis obruitur; [p. 79]

Caritas enim cooperit multitudinem peccatorum. {1 Pt 4:8} Similiter etiam per elimosinarum fructus uulneribus nostris medulla praestatur;

Quia sicut aqua extinguit ignem. sic elimosina extinguit peccatum; {Sir 3:33}  
Ita per lacrimarum effusionem conqueritur ablutio peccatorum.

Lauabo inquit per singulas noctes lectum meum lacrimis stratum meum inrigabo. {Ps (G) 6:7} Denique subiungit ostendens non inaniter eas fuisse profussas. Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem. quoniam exaudiuit dominus uocem fletus mei. {Ps (G) 6:9} Nec non per creminum confessionem ablutio donatur;

Dixit enim: pronuntiabo aduersum me iniustitiam meam domino reliqua. {Ps (G) 31:5} Præcipue quoque per emendationem [p. 80] morum. Ut auferte inquit malum cogitationum uestrorum ab hoc quiescere agere peruerse et discite bene facere querite iudicium subuenite obpresso. iudicate pupillo defendite uiduam. et uenite et arguite me dicit dominus. reliqua. {Isa 1:16–18}

Interdum etiam intercessione sanctorum inpetratur ueniam peccatorum qui enim scit fratrem suum peccatore peccatum non ad mortem petat pro eo. et dabit ei dominus ueniam peccanti non ad mortem; {1 Io 5:16}

Et interdum si infirmatur. quis in uobis inducat præsbyteros ecclesiae et orant super eum unguentes oleo in nomine domini et oratio fidei saluabit infirmum. et adleuabit eum dominus et sua peccata dimituntur ei. {Iac 5:14–15}

*Nono*<sup>13</sup> numquam misericordiae et fidei [p. 81] merito lapsis exquiritur. Expulsio uitiorum secundum illud per misericordias et fidem purgantur peccata; {Prv 16:6}

Per confessionem plerumque salutem eorum qui nostris munitis ac prædicatione saluantur. quoniam qui conuerti fecerit peccatorem. reliqua. et cooperit multitudinem peccatorum; {Iac 5:20}

Per indulgentiam peccatorum ad remissionem peruenitur.

Ut si enim remiseritis hominibus peccata eorum. reliqua. {Mt 6:14}

Uidetis ergo quantos misericordie aditos patefecerit clementia saluatoris. ut nemo salutis cupiens desperatione frangatur cum se uideat remedis tantis ad uitam inuitari;

Si enim pro infirmitate carnis afflictione ieuniorumadolere [p. 82] peccata non posse causaris nec potes dicere genua infirmata sunt a ieunio {Ps (G) 108:24} usque misericordiam; {? Ps (G) 108:26}

Elimosinarum ea redime largitate indigenti. si non habes quod in pertias licet nullum ab hoc opere necessitus {sic} inopiae ac paupertatis excludat quando quidem illius uiduę duo tantum aerea minuta ingentibus diuitum donis præferuntur. et pro calice aquę frigidae mercidem se redditurus dominus repromittat.

Certe morum poteris emendatione purgari. quod in perfectione uirtutum extinctionem uitiorum omnium non potes adipisci sollicitudinem piam erga utilitatem alienae salutis inpende. si autem idoneum te huic ministerio non esse [p. 83] conquereris operire peccata poteris caritatis

---

<sup>13</sup> nono numquam] nonumquam, with macron over first n

affectu. In hoc quoque si te flagillem fecerit quilibet mentis ignauia oratione saltim sanctorum atque intercessione remedia uulneribus tuis humilitatis affectu submisus implora postremo. quis est qui non possit dicere. peccatum meum cognitum tibi. *reliqua.* {Ps (G) 31:5} Ut per hanc confessionem etiam illud confidenter subiungere mereamur. Et tu remisisti impietatem peccati mei. {Ps (G) 31:5}

Quod si uerecundia retrahente reuelare ea coram hominibus erubescis illi quem latere non possunt confiteri iugi supplicatione non disinas ac dicere iniquitatem meam ego cognosco. *reliqua.* {Ps (G) 50:5} qui absque illius uerecundie puplicatione curare [p. 84] et sine inproperio peccata donare consult

Post illud quoque tam prumptum certumque subsidium aliud facilius largita nobis diuina dignatio ipsamque remedii opem nostro commisit; Arbitrio summamus. ut indulgentiam nostrorum scelerum pro nostro affectu dicemus ei. Dimitte nobis. *reliqua.* {Mt 6:12; Lc 11:4} Et iterum dicit. Ego sum dominus qui deleo iniquitates. peccatorum tuorum et iam non recordabor. {Is 43:25}

*cf. Coll.Hib.A 47.5.a*

*Source* (post illam ... meam domino reliqua)

*JOHN CASSIAN, Collationes 20.8 (ed. Petschenig, p. 561, line 9–p. 562, line 4)*

*Source* (principue ... dominus reliqua)

*JOHN CASSIAN, Collationes 20.8 (ed. Petschenig, 562, lines 9–14)*

*Source* (interdum etiam ... dimitte nobis reliqua)

*JOHN CASSIAN, Collationes 20.8 (ed. Petschenig, p. 562, line 17–p. 564, line 20)*

*Source* (et iterum ... non recordabor)

*JOHN CASSIAN, Collationes 20.8 (ed. Petschenig, 565, lines 3–5)*

### [125] AGUSTINUS {marg.}

**DE HEREDITATE FILII MORIENTIS** {filius migravit. add. sup. lin.}<sup>14</sup> ante patrem quod reddi domino debet. ad quem nolite thesauris uanis thesauris caducis. noli sub imagine pietatis augere pecuniam dicens filiis meis seruabo magnas res. Quare non putius illi seruas qui te fecit ex nihilo. et ei qui pascit ex his quae fecit ipse pascit [p. 85] et filios tuos neque melius commendare filio tuo quam creatori tuo. mentiuntur homines.<sup>15</sup> quia pro auaritia seruant. Contigit autem plerumque unum de filiis suis mortuum esse. Et non mittit post eum pater eius partem eius et pars illius non diuidetur ad quem perrexit ad christum qua fronte uenturus es ad filium tuum cui non mittis partem suam in caelum. Et dominus dixit thesaurizate uobis thesauros in caelo {Mt 6:20} hic tenetur ut perit thesaurus illic permanet ubi christus custos est.

*cf. Coll.Hib.A 32.12.a–b*

*Source* (nolite thesauris ... magna res)

*AVG. Serm.de vet.test. 9.20 (ed. Lambot, 146, line 694–96)*

*Source* (quare non putius ... pars illius)

*AVG. Serm.de vet.test. 9.20 (ed. Lambot, 146–47, lines 698–708)*

*Source* (non diuidetur ... ad christum)

*AVG. Serm.de vet.test. 9.20 (ed. Lambot, 147, lines 711–12)*

---

<sup>14</sup> filius migravit] recte post ad quem ponendum

<sup>15</sup> Some text (*mala est auaritia palliare se uolunt nomine pietatis et dealbare, ut quasi propter filios uideantur seruare homines*) has gone missing at this point due to homoioteleuton.

*Source* (qua fronte ... in caelum)

*AVG. Serm.de vet.test. 9.20 (ed. Lambot, 147–48, lines 722–23)*

*Source* (thesaurizate ... in caelo)

*AVG. Serm.de vet.test. 9.20 (ed. Lambot, 148, line 725)*

*Source* (hic tenetur ... custos est)

*AVG. Serm.de vet.test. 9.20 (ed. Lambot, 148, lines 727–29)*

### [126] HIERONIMUS. DE FURIBUS IN EPISTULA {sic} ad titum loquitur.

Fur non solum in maioribus et in minoribus iudicatur. Non enim id *quod* furto ablatum *est* sed mens furantis attenditur. quomodo in for[p. 86]nicatione et in adulterio *non* idcirco diuersa sit fornicatio aut adulterium. si pulchra uel deformis diues aut pauper sit meretrix uel adultera. sed qualiscumque fuerit illa una est fornicatio et adulterium. Ita et in furto quantumcumque seruus abstulit furti crimen incurrit. Unde et Moysi lege fures nonnumquam septuplum reddere conpelluntur. Et interdum obstruncantur capite. interdum fur ipse uendir pro furto; cf. *Coll.Hib.A* 29.2; *GRAT. C* 14 q. 6 c. 4

*Source*

*JEROME, Comm.in IV ep.Paul., ad Tit. vers. 2:9–10 (PL 26, col. 585C–D)*

### [127] HIERONIMUS DICIT. IN COMMENTARIO IN EPISTULAM AD TITUM

De censibus reddendis. Ante hos *enim* dies surrexit theodas dicens. quandam se magnum cui adpositi sunt uiri quasi. III. milia. {Act 5:36} Et post hunc surrexit in diebus census iudas {Act 5:37} [p. 87] qui inter cetera haec quasi probabile proferebat ex lege nullum debere dominum nisi solum deum uocari. et eos qui ad templum decimas offerrent cessari tributa non reddere dicebat. quae heresis in tantum decreuerat ut etiam farisseorum et multam partem populi conturbaret. Ita ut ad dominum quoque nostrum refertur haec questio. Licet cessari tributa dari. an non. {Mt 22:17} Cautequ respondens. ait. reddite quae sunt cessaris cesari. {cessari corr.} et quę sunt dei deo; {Mt 22:21} Discipuli iohannis. {sic} cum hiroianis. hoc est cum militibus hirodis uenerunt dicentes. Magister scimus quia uerax es. {Mt 22:16} blanda et fraudulenta interrogatio illuc prouocat respondentem. ut magis dominum *quod* cessarem [p. 88] timeat. Et dicat non debere tributa solui. Et statim audientes hirodiani seditiones contra romanum principem teneant. Ostendite mihi inquit denarium {Mt 22:19} hoc est genus nummi *quod* pro. X. nummis inputabatur simul et habebat imaginem cessaris. Et ait illis. cuius est imago haec. {Mt 22:20}

Interrogat ut ad sermonem eorum competenter respondeat. dicunt ei cessaris. Tunc ait illis. reddite quae cessaris cessari. et quę sunt dei deo. {Mt 22:21} Id est nummum tributum et pecuniam et quę sunt id est decimas primitias et oblationes ac uictimas sentiamus quomodo et ipse reddidit tributa pro se et petro. reddidit deo quę dei sunt patris faciens uoluntatem.

cf. *Coll.Hib.A* 25.9.e

*Source* (ante hos ... sunt dei deo)

*JEROME, Comm.in IV ep.Paul., ad Tit. vers. 3:1–2 (PL 26, col. 590D)*

*Source* (discipuli iohannis ... uerax es)

*cf. JEROME, Comm.in Mat.libri IV, lib. 3, vers. 22:15–16 (eds Hurst–Adriaen, 203, lines 1752–58)*

*Source* (blanda ... principem teneant)

*JEROME, Comm.in Mat.libri IV, lib. 3, vers. 22:16–17 (eds Hurst–Adriaen, 203, lines 1762–65)*

*Source* (ostendite ... imago haec)

*cf. JEROME, Comm.in Mat.libri IV, lib. 3, vers. 22:19–20 (eds Hurst–Adriaen, 203–04, lines 1774–77)*

*Source* (interrogat ... dei deo)

*JEROME, Comm.in Mat.libri IV, lib. 3, vers. 22:21 (eds Hurst–Adriaen, 204, lines 1780–83)*

*Source* (id est nummum ... uoluntatem)

*JEROME, Comm.in Mat.libri IV, lib. 3, vers. 22:21 (eds Hurst–Adriaen, 204, lines 1789–92)*

**[128] IN LIBRO QUESTIONUM DICIT. AGUSTINUS.** [p. 89]

Quod dixit ergo liberi sunt filii in omni regno. {Mt 17:25} Intelligendum est liberos esse filios. id est non esse uestigales. Multo ergo magis liberi esse debent in quolibet regno terreno filii regni illius sub quo sunt omnia regna terrena;

*cf. Coll.Hib.A 25.10.b*

*Source*

*AVG. Quaestiones evangeliorum 1.23 (ed. A. Mutzenbecher, CCSL 44B [Turnhout 1980], 20, lines 2–5)*

**[129] AMBROSIUS DICIT**

Cuius habet imaginem. {Lc 20:24} querit de imagine. Alia enim imago dei. Et alia mundi. imaginem cessaris non habet christus. quia imago dei est. Nec habet petrus. qui dixit relinquimus omnia. {Mc 10:28} imago cessaris non inuenitur in iacob et iohanne. qui filii tonitru. sed inuenitur in mari. ubi sunt dracones illi contritis capitibus supra aquam. si ergo non habuit imaginem cessaris. Cur dedit concensum non dedit [p. 89B] de suo sed reddit mundo quod erat mundi. Et tu si uis nihil debere regi terreno relinquere omnia tua. et sequere christum. Et redde quae sunt cessaris. bene prius quae cessaris sunt reddenda dicerint. Neque enim quis potest esse dei. nisi prius renuntiauerit mundo.

*Source* (cuius habet imaginem) *AMBROSE, Exp.ev.sec.Luc. lib. 9, vers. 20:24 (ed. Adriaen, 343, line 326)*

*Source* (querit de ... alia mundi) *AMBROSE, Exp.ev.sec.Luc. lib. 9, vers. 20:24 (ed. Adriaen, 343, lines 338–39)*

*Source* (imaginem ... supra aquam) *AMBROSE, Exp.ev.sec.Luc. lib. 9, vers. 20:24 (ed. Adriaen, 343, lines 341–46)*

*Source* (si ergo non ... erat mundi) *AMBROSE, Exp.ev.sec.Luc. lib. 9, vers. 20:24 (ed. Adriaen, 343, lines 347–49)*

*Source* (et tu si uis ... mundo) *AMBROSE, Exp.ev.sec.Luc. lib. 9, vers. 20:24 (ed. Adriaen, 343–44, lines 351–54)*

**[130] IN LIBRO SAMUELIS. DE PRUDENTIA DUCUUM. {sic}**

Hoc erit ius regis qui uos regnaturus et filios uestros. et ponet in curribus suis faciet sibi equites et praecursores quadrigarum suarum. Et constituet tribunos et centeriones. {sic} et aratores agrorum suorum. et messores segitum. et fabros armorum. et currum suorum filias quoque uestras faciet sibi ungentaria et focarios [p. 89C] et panificas agros quoque uestros et uineas et olea optima tollet edabit seruis suis. sed et segittes uestras et uinearum redditus addecimabit {toret (?) gl. marg.} ut det iuuichis {sic} et familis suis seruos etiam uestros et ancillas et iuuenes optimos et asinas auferet et ponet in opere suo gregis quoque uestros addecimabit uos. {uos ras.} uos quoque eritis serui eius; {1 Sm 8:11–17}

*cf. Coll.Hib.A 25.12*

*Source*

*1 Sm 8:11–17*

**[131] IN COLLATIONIBUS DICIT DE ANTIQUA POSSESSIONE RESTITUENDA COLONIS PRISTINIS. LICET POST MULTUM TEMPUS**

Et enim quantum nos uetus traditio has easdem terras cananeorum in quas introducuntur filii israhel.

Fili sem quodam fuerunt morbis *{sic}* diuisione sortiti. quas deinceps per uim atque [p. 90] potentiam posteritas cham. peruassianis *{sic}* iniuitatem possidet. In quo et dei iudicium rectissimum conprobatur qui et illos de locis alienisque male occupauerunt. expulit et istis antiquam patrum possessionem quae prosapie eorum murbis. *{sic}* diuissione deputata restituit.

Source

JOHN CASSIAN, Collationes, 5.24 (ed. Petschenig, 148, lines 14–21)

## DE IUDICIS IUSTORUM IUDICIUM<sup>16</sup> SPIRITUS SANCTI MACERA DISCERNENDIS.

### [132] AMBROSIUS *{marg.}*

Sed quo nos perfidorum hominum deducet amentia cum iudices ipsi non queant. nisi per spiritum iudicare. Denique nobile illud solomonis iudicium quo inter dubia certantium ut una oppresso paruulo quem ipsa susciperat uindicare sibi uellit alienum. Altera proprium defensare fraudem in ipsis cogitationibus occultis. et pietatem in maternis uisceribus deprehendit. [p. 91] utique per spiritus sancti monus emicuit. Neque enim latentem conscientiam feminarum. Alia aliqua nisi spiritus sancti macera penetrasset. de qua ait dominus. Non ueni pacem mittere. sed maceram. {Mt 10:34} Et ideo etiam solomon prospexit. Et maceram illam iubet adferri. quasi multa. quod diuidere uellit infantem. Considerauit quod uera mater plus consuleret filio quod solatio. Et gratiam iuri non gratiae iura praeferet. At uero illaque matris simularet affectum. uincendo studio circa paruuli non doloret exitum. In quo nesciret pietatis dispendium. Itaque uir spiritalis qui iudicaret omnia naturam in affectibus quesiuist. quae latebat in uocibus. et pietatem interrogauit ut proderet ueritatem. uincit itaque mater caritatis affectu; [p. 92]

cf. Coll.Hib.A 21.21

Source (sed quo ... mittere sed maceram) AMBROSE, De spirit.sanct.3.6 (ed. Faller, 164–65, lines 12–22)

Source (et ideo ... caritatis affectu) AMBROSE, De spirit.sanct.3.6 (ed. Faller, 165, lines 26–36)

### [133] IN COMENTARIO IONAE DE HIS QUI PLACENT HOMINIBUS ET TAMEN DEO NON PLACENT.

Potest profetae fuga referri ad eum qui contempnit praecepta dei. et se mundo tradidit. et mundialis deum scire conpellitur. Unde scimus quae sibi aestimant homines salutaria deo uolente uerti in perniciem. non prodest auxilium. sed auxiliatores conterint. aegypti contriti sunt praebentes auxilium israhel. Contra dei uoluntatem periclitatur. periclitantem suscipiens.

cf. Coll.Hib.A 66.6

Source JEROME, Comm.in proph.minor., in Ionam 1:4 (ed. Adriaen, I, 384–85, lines 165–76)

### [134] IN DEUTERNUMIO.

Quando inuentum fuerit cadauer in terra quod dominus tuus datus est tibi. cadauer hominis occisi quod ignoratur cedis reus egreditur maiores natu et iudices tui et mentientur a loco cadaueris. [p. 93] singularum per circuitum spatia ciuitatum. Et quod uiciniorem ceteris esse perspexerint seniores ciuitatis tollant uitulum de armento quae non traxit iugum nec terram

---

<sup>16</sup> iudicium] corr. to iudicum ?

scindit uomere et ducent eam ad uallem asperam atque saxosam que numquam arata est nec sementem recipit. Et cedent in ea ceruices uitulae. Accidentque sacerdotes filii leui quos elegerit dominus deus tuus ut ministrent ei. Et benedicent in nomine eius. et ad uerbum eorum omne negotium quicquid mundum uel in mundum est iudicetur et maiores natu ciuitatis illius ad interfictum leuabuntque manus suas super uitulum qui in ualle percussa est. Et dicent manus nostrae non effuderunt hunc sanguinem [p. 94] nec oculi nostri uiderunt propitius est populo israhel. quem redemisti domine et non reputes sanguinem innocentem in medio populi tui israhel. et auferetur a uobis reatus sanguinis; {Dt 21:1–8}

Source                    D<sub>t</sub> 21:1–8

[135] **IN HISTORIA ECCLESIAStica** etiam illud hac lege sanximus. Ut sique {sic} tandem domus uel agri uel quelibet<sup>17</sup> praedia ex christianorum bonis ante parentum nostrorum p<sup>rae</sup>ceptis ad fisci ius fuerant sociata si qua etiam ab aliquo competit a sunt uel si qua distracta uel dono in aliquem conlata h<sub>e</sub>c omnia in antiquum ius christianorum p<sup>rae</sup>cipimus reuocari. Dominisque propriis uniuersa restitui talibus maximus nunc demum utitur legibus.

cf. Coll.Hib.A 17.15.a

Source (ut sique ... uniuersa restitui)                    EVSEB.–RVFINVS HE 9.10 (eds Mommsen–Schwartz, II, 845, lines 13–19)

### [136] IN TRACTATU IOB [p. 95]

Frequenter deus propter peccata populi tradidit terra iniquorum alis populis possidendas. sicut fecit cananeorum. Et ut nunc iudeorum terram a romanis possidendam uideamus.

Source                    unidentified

### [137] ALEXANDER AD DEMETRIUM DICIT.

Quia numquam nec aliquando factum sit ut praesentibus episcopis laici disputation.

cf. Coll.Hib.A 21.2, 28

Source                    EVSEB.–RVFINVS HE 6.19.17 (eds Mommsen–Schwartz, II, 565, lines 11–12)

### [138] IN LIBRIS REGUM DE ORDINATIONE REGUM

Tulit autem samuel lenticulam olei. et fudit super caput saul. et deosculatus est eum. Et ait. ecce unxit te dominus super hereditatem suam. in principem. {1 Sm 10:1}

cf. Coll.Hib.A 25.1

Source                    1 Sm 10:1

### [139] IN CRONICIS.

De interfectione malorum hominum in diebus sollemnitatum;

Oportuit enim in his diebus interfici in quibus saluatorem crucifixerunt;

cf. Coll.Hib.A 27.26

---

<sup>17</sup> quelibet] -libet written over erasure ?

*Source* (oportuit ... crucifixerunt) *EVSEB.–JEROME, Chronicon (Jerome's translation of Eusebius's Chronicon, in Eusebius Werke VII, second edition, ed. R. Helm, Die Griechischen christlichen Schriftsteller 47 [Berlin, 1956], 187, lines 11–13)*

### [140] IN LIBRIS REGUM DE ANTIQUO REATU UINDICTAE [p. 96]

Tu quoque nosti fecerit mihi ioab filius sarbiae quę fecit duobus principibus exercitus israhel abner filio ner. et amasiae filio ether quos occidit et effudit sanguinem belli in pace. {3 Rg 2:5} facies ergo<sup>18</sup> {3 Rg 2:6} ioab filius sarbiae in tabernaculum domini. Et adpraehendit cornua altaris.<sup>19</sup> {3 Rg 2:28} misitque solomon baniam filium ioade dicens. Uade interfice eum. {3 Rg 2:29} et amouebis sanguinem innocentem qui effusus est ab ioab a me et a domo patris mei. {3 Rg 2:31}

*cf. Coll.Hib.A 25.17.a*

*Source* 3 Rg 2:5, 6, 28, 29, 31

### [141] IN HISTORIA ECCLESIASTICA.

De uiuente super mortuum testante. Spiridion ciprus episcopus uir unus ex ordinę profetarum. filiam habuit hermen nomine. quae ei cum ministrasset uirgo defuncta est. Post eius obitum. uenit quidam [p. 97] dicens ei. Quontam {sic} depositum commendasse rem gestam ignorauerat pater perquesitum in tota domu num {sic} quod poscebat inuentum est. Persistebat ille qui uitae suaे quoque inlaturum se esse exitium nisi commendata recipisset testabatur. permotus est lacrimis senex ad sepulchrum filię properat atque eam suo nomine clamitat. Tum illa de sepulcro. quid uis ait. pater commendatum inquit illius ubi posuisti. At illa locum designans. illic ait inuenies defosum. regressus ad domum rem sicut filia de sepulcro respondebat. repartam tradidit reposcenti.

*cf. Coll.Hib.A 30.3.a*

*Source* (spiridion ... profetarum) *EVSEB.–RVFINVS HE 10.5 (eds Mommsen–Schwartz, II, 963, line 21)*

*Source* (filiam habuit ... reposcenti) *EVSEB.–RVFINVS HE 10.5 (eds Mommsen–Schwartz, II, 964, lines 5–16)*

### [142] HIC IDEM

Constantinus ait ad episcopos. Deus uos constituit sacerdotes [p. 98] et potestatem uobis dedit de nobis quoque iudicandi. Et ideo nos a uobis recte iudicemur. Uos autem non potestis ab hominibus iudicari. Propter quod dei solius inter uos iudicare. expectate iudicium et uestra iudicia quae sunt ad illud diuinum reseruentur examen uos Et enim nobis a deo dati estis dii. Et conueniens non est ut homo iudicet deos. sed ille solus de quo scriptum est. Deus stetit in sinagoga deorum. in medio autem deus diiudicat. {Ps (G) 81:1} Et ideo his omisis illa quę ad fidem pertinent absque ulla animorum contentione distinguite;

*cf. Coll.Hib.A 1.16.a, 21.29; GRATIAN, C. 11 q. 1 c. 41*

*Source* *EVSEB.–RVFINVS HE 10.2 (eds Mommsen–Schwartz, II, 961, lines 10–19)*

<sup>18</sup> Some text has gone missing at this point due to homoioteleuton.

<sup>19</sup> Some text has gone missing at this point due to homoioteleuton.

## [143] IN GENESSI

**D**e sepulchris amicorum in eodem loco constitutis.

Uocauit iacob filium suum cum ad[p. 99]propinquare cerneret diem mortis eius. Et dixit ad ioseph. si inueni gratiam in oculis tuis. pone manum tuam sub femore meo. et facies mihi misericordiam et ueritatem ut non sepelias me in aegypto sed dormiam cum patribus meis. {Gn 47:29–30}

*Source* (de sepulchris ... constitutis)      *unidentified*  
*Source* (uocauit ... patribus meis)      *Gn 47:29–30*

## [144] IN HEREMIA

**F**actum est uerbum domini ad me dicens. Ecce anachel filium suum patruelis tuus ueniet ad te. eme tibi agrum meum. qui est in anathot tibi enim competit ex propinquitate ut emas {Ier 32:6–7} acci {sic} librum possessionis signatum stipulationes et tota signa forinsecus. {Ier 32:11}  
*cf. Coll.Hib.A 34.6.a*

*Source*      *Ier 32:6–7, 11*

[145] **D**ixit dominus ad moysen. iustum rem postulant filiae salpath. da eis possessionem inter cognatos patris sui. Et ei in hereditate succedant. {Nm 27:5–6} [p. 100]

**H**omo cum mortuus fuit absque filio ad filiam suam transbit hereditas eius; {Nm 27:8} Si filiam non habuerit habebit successores fratres suos. *quod* si et fratres non habuerit dabitis patribus {atribus corr.} patris sui hereditatem. si autem patruos *non* habuerit dabitur hereditas his qui eius. proximi sunt; {Nm 27:9–11}

*cf. Coll.Hib.A 32.9, 19.c, 20*

*Source*      *Nm 27:5–6, 8–11*

[146] **S**i inualuerit apud uos manus aduenae atque peregrini et adtenuatus frater uendiderit se ei aut cuiquam de stirpe eius post uenditionem potest redimi. qui uoluerit ex fratribus suis redimet eum. et patruus et patruelis Et consanguineus et adfinis. sin autem et ipse potuerit redimet se subputatis dumtaxat annis a tempore uenditionis sua ad annum iubeleum. Et pecunia qua uenditus erat iuxta annorum numerum et rationem [p. 101] mercinari subputabitur. si plures fuerint anni qui remanent usque iubeleum secundum hos reddet et praetium si pauci ponet rationem cum eo iuxta annorum numerum. et reddet emptori. *quod reliquum est* annorum quibus ante. seruit mercidibus inputatis. {Lv 25:47–53}

*Source*      *Lv 25:47–53*

## [147] HIEREMIAS AIT.

**D**e die sabbati custodite animas uestras et nolite portare pondera in die sabbati. nec inferatis honera per portas hierusalem. et nolite iecere honera de domibus uestris in die sabbati et omne opus non facietis in eo. {Ier 17:21–2}

*cf. Coll.Hib.A 66.10*

*Source*      *Ier 17:21–2*

[148] **AGUSTINUS DICIT DE FESTIS GENTILIUM.**

Ieiunemus ergo fratres carissimi in gentilium festis diebus et cum uera et perfecta caritate stultitiam miserorum hominum lugeamus. Iterum admoneo pariter ut nullus ex uobis [p. 102] caragios et diuinios et sortilegos requarat. {sic} et auguria et auiculas cantantes quia cumque {sic} fecerit hoc malum statim perdidit baptismi sacramentum. Et continuo sacrilegus ac paganus efficitur. Etnis {sic} gandi elimosina ac dura et prolixa paenitentia subuenerit in aeternum peribit.

Qui supra dictis malis caragis et diuinis et aruspicio uel filacteris et alis quibuslibet augoris crediderit. et si ieunet et si oret. Et si largas elimosinas faciet et corpusculum suum in omni afflictione cruciauerit nihil ei proderit quamdiu in illa obseruatione sit;

Nullus ex uobis obseruet qua die de domu exeat. uel qua die iterum reuertatur. quia omnes dies deus fecit. et in quacumque parte fuerit uobis necessitas properandi signate uos [p. 103] in nomine iesu christi. Et simbolum uel orationem dominicam fidenter dicentes. securi de dei adiutorio iter agite;

*cf. Coll.Hib.A 60.4, 64.1–2, 8*

*Source* (ieiunemus ... lugeamus)

*CAESARIVS, Sermo 192.4 (ed. Morin, 781, lines 7–9)*

*Source* (iterum admoneo ... requarat)

*CAESARIVS, Sermo 54.1 (ed. Morin, 235, lines 9–11)*

*Source* (et auguria ... cantantes)

*CAESARIVS, Sermo 54.1 (ed. Morin, 236, lines 16–18), abbrev.*

*Source* (quia cumque ... peribit)

*CAESARIVS, Sermo 54.1 (ed. Morin, 236, lines 13–16)*

*Source* (qui supra ... observatione sit)

*CAESARIVS, Sermo 54.5 (ed. Morin, 238–39, lines 5–10)*

*Source* (nullus ex uobis ... deus fecit)

*CAESARIVS, Sermo 54.1 (ed. Morin, 236, lines 19–21)*

*Source* (in quacumque ... iter agite)

*CAESARIVS, Sermo 54.1 (ed. Morin, 236, lines 26–9)*

[149] Si quis perdiderit aliquid. et dixerit dominus dedit. dominus abstulit {Job 1:21} pro ista deo placita patientia aut coronam accipit si iustus est aut indulgentiam si peccator;

*cf. Coll.Hib.A 42.4.g*

*Source* (perdiderit aliquid ... abstulit)

*CAESARIVS, Sermo 54.4 (ed. Morin, 238, lines 15–16)*

*Source* (pro ista ... si peccator)

*CAESARIVS, Sermo 54.4 (ed. Morin, 238, lines 17–19)*

[150] Merito iam uirilem fortitudinem non habent qui in mulierum habitus transierunt. iusto enim iudicio dei uenire credendum est ut militarem uirtutem amitterent qui seminarum se specie deformassent;

*Source* (merito iam ... deformassent)

*CAESARIVS, Sermo 192.2 (ed. Morin, 780, lines 21–4)*

[151] Sunt qui libros ligatos habere uolunt. Et eos in armaris clausos tenent. ut illos nec ipsi legant. nec alis ad legendum tribuant ignorantes quod nihil prodest libros habere. et eos propter impedimenta mundi non legere. Liber enim bene cooperatus et nitidus animam candidam non facit.

Sed ille qui iugiter legitur. quia legitur [p. 104] sepe reuoluitur. pulcher a foris non esse potest. pulchram enim animam intus facit.

*Source*

*CAESARIVS, Sermo 2, ammonitio (ed. Morin, 18, lines 7–15)*

[152] **HIERONIMUS DICIT.**

**De simulatis uirginibus pudet dicere pro nefas triste. sed uerum est aliae erecta ceruice et ludentibus pedibus incedunt. Aliae uero sterilitatem bibunt. et necdum nati hominis homicidium faciunt. nonnullae cum senserint se concepisse de scelere auortiu uenina meditantur. et frequenter etiam ipse cum mortuae fuerint trium criminum reae ad infernos producuntur homicidię sui. christi adulterae. necdum nati filii paracidae;**

*cf. Coll.Hib.A 45.3*

*Source* (de simulatis ... nefas triste)

*cf. JEROME, Epistola 22, ad Eustochium (ed. Hilberg, I, 160, line 3)*

*Source* (erecta ceruice ... paracidae)

*JEROME, Epistola 22, ad Eustochium (ed. Hilberg, I, 160, lines 9–14)*

## DE IEIUNI ADSIDUITATE AC MODERATIONE

[153] Sint cotidiana iejunia et refectione satietatem fugiens. nihil enim prodest tibi biduo triduoque [p. 105] portare uentrem uacuum transmisso. si pariter obruetur si compensantur saturitate iejunia illico mens repleta torpescit.

*cf. Coll.Hib.A 12.8.c; GRATIAN, D. 5 de cons. c. 19*

*Source*

*JEROME, Epistola 22, ad Eustochium (ed. Hilberg, I, 165, lines 10–14)*

### [154] DE HOC IPSO ALIBI HIC IDEM DICIT.

Sint iejunia pura cotidiana moderataque id est cotidie esurire et cotidie prandire.

*cf. Coll.Hib.A 12.9.a; GRATIAN, D. 5 de cons. c. 20*

*Source* (sint iejunia ... moderataque)

*cf. JEROME, Epistola 52, ad Nepotianum (ed. Hilberg, I, 435, line 7)*

*Source* (id est ... prandire)

*unidentified*

### [155] ITEM HIC IDEM DICIT.

Cum facies elimosinam solus deus uideat;

Cum autem iejunaris leta sit facies tua.

Et uestis nec satis munda. nec satis sordida.

Et nulla diuersitate notabilis. nec ad te *omnia praetereuntium* turba currant et dígito demonstrarisi.

*cf. Coll.Hib.A 66.1.a*

*Source*

*JEROME, Epistola 22, ad Eustochium (ed. Hilberg, I, p. 182, line 20–p. 183, line 4)*

### [156] HESIODORUS DE LAUDATIONE IEIUNI.

Iejunium res *sancta* opus caeleste ianua regni forma futuri. *quod* qui *sanctae* agit. deo iungitur alienatur mundo. spiritualis efficitur caro. diaboli temptamenta uincuntur.

*cf. Coll.Hib.A 12.3.a*

*Source*

*ISIDORE, De eccl.offic. 1.43 (ed. Lawson, 48, lines 16–20)*

**FINIT;**